μεγαν, ν rursus punctis notato 14, 18 neglexit primam scripturam αναρχη pro αναγκη, item 15, 10 αι pro ει, item 16, 1 ubi -τα αυτου demum a correctore suppleta sunt 16, 9 edidit εκλειπητε, addita nota „cod. εκλειπη“. At prima manus εκλιπη, tertia εκλειπη dedit. 16, 12 neglexit primam scripturam εγενεσαι pro εγενεσης 17, 10 edidit ωφελομεν et adscripsit in margine „1. m. ωφελομεν“. Volebat igitur οφελομεν in textum recipi. 17, 11 neglexit primam scripturam σαμαριας pro σαμαριασ 17, 17 edidit ουχι οι, sed in codice est ουχ οι 17, 22 edidit επιδυμηστε, at ita demum tertia manus pro επιδυμησητε substituit 17, 23 non animadvertisit pro ιδου εκει primum ιδου ωδε scriptum fuisse 17, 24 edidit αστραπη η αστραπουσα, at in codice est η αστρ. αστραπουσα (in ed. 1. ediderat η αστραπ. η αστραπουσα, ad quae recte Verc. in tabella notavit „expunge η sec“. Novum vero vitium in secundam editionem inrepsit.) 17, 28 edidit ωκοδομουν cum nota „1. m. οικ.“ At in codice οικοδομουν scriptum nec quicquam mutatum est. 18, 19 edidit εισ ο θεος cum nota „δ expungitur in cod.“ At prima manus εισ θεος scrripsit, ο a correctore additum rursusque punctis notatum est. 18, 39 vitoise edidit ἄκραζεν 19, 16 non animadvertisit correctorem μνασ pro μνα substituisse 19, 25 editit κυριε, quod demum a correctore accessit. Asteriscus voci κυριε adpositus probat notam de ea re perisse vel potius ab editore praetermissam esse. 19, 24. 29. 35 quinques neglexit primam scripturam. In his est βηδφαγη, cuius loco βηδσφαγη edidit, quod correctori debetur. 19, 40 edidit σωπησωσιν pro σωπησουσιν, nec vidit 20, 9 sub εξεδοτο latere primae manus scripturam εξεδετο. Rursus quater neglexit primam scripturam 21, 7. 12. 31. 35. Versu vero 34 edidit κραιπαλη cum nota: „2. m. κραπ.“ At primae manus est κραιπαλη, tertiae κραιπαλη. Capite 22 neglexit primam manum versibus 8. 9. 25. 65. Versu 30 ad καδησης in margine adscripsit „2. m. καδησης“. At pro καδησης 2. manus dedit καδησαι, 3. καδησεις. Versu 42 ad γεινεσηω notat „2. m. γεν.“ At corrector γινεσηω substituit. Versu 57 neglexit rasuram 18 litterarum. Capite 23 versibus 11 et 28 praeterit primam manum, item capite 24 bis versu 17. Praeterea 23, 10 non indicavit pro ειστρεισαν correctum esse ιστρη. 23, 46 edidit παρατηματι pro παρατηματι et 23, 53 αυτο pro αυτον 24, 15 edidit συνητειν αυτουσι cum nota „2. m. συ“. Non vidit ab antiquissimo correctore και.

αυτοσ pro αυτουσ repositum. Versu 27 edidit διηρμηνευσσν pro διερμηνευσεν et versu 32 primam manum vult διενυγεν scripsisse, at scripsit διηρυγεν.

Evang. sec. Iohannem.

1, 15 neglexit primam scripturam ο ειπων, quod etiam N^o et C^o tuentur, pro ον ειπον, item 1, 18 εօρακεν pro εωρακεν et, quibus locis vitiosa est, vv. 23 et 49. 2, 6 et 11. Praeterea 2, 11 vitiose edidit αὐτοι pro αὐτὸν, item v. 17 in utraque editione κατεφαγεται. 2, 15 non vidit εξεχεεν prima manu pro εξεχεε scriptum esse. Capite 4 ter (vv. 7. 9. 10) edidit πιειν, non adsecutus antiquissimam scripturam πιειν. Item v. 9 in τινδαιοι et v. 51 in λεγοντεσ primam scripturam silentio praeterit. Versu 14 vitiose exscriptum est αλλομενου pro αλλομενου. Versu vero 40 minime recte vidit. Edidit ωσ γλων ουν, adpositis in margine his: „ita cod. 1. m. sed antea eadem manu erat ωσ ουν συνηλθον.“ In N. T. Vaticano nostro per-scriptum est quid rei esset. Primum enim scriptum est συνηλθον ουν, tum substitutum ωσ ουν συνηλθον, denique ωσ γλων ουν. 5, 10 typis exscriptum est τελεραπευπευμένω 6, 10 in textu legi voluit πεντακισχιλιοι, ut ex nota appareret, sed exscriptum est πεντακισχιλιοι. In eodem capite novies (vv. 19. 22. 24. 25. 26. 46 bis 53. 64.) primam manum neglexit. In his sunt περα, quo ipsi antiqui haud raro utuntur, pro περαν v. 22, μη ευροντεσ pro ευροντεσ v. 25, ουχ οτι pro ουχ οτι v. 26, bis εօρακ. pro εωρακ. v. 46. Capite 7 eandem manum neglexit quater (vv. 7. 23. 38. 43), item 8, 15 vitiosam scripturam κατατα. 8, 23 edidit τοιντου του κοσμου pro του κοσμου τοιντου 8, 24 in margine 1. manum pro 2. m. ponere debebat. Versu 37 non animadvertisit signa quibus corrector με post αποκτειναι ponendum significavit. Versu 54 neglexit scripturam alterius manus et tertiae γηων pro υμων, nec v. 57 vidit primam εօρακες dedisse. Vitiosam primae manus scripturam praeterit 9, 4 et 11, 11. Versu vero 10 capitinis 10 notandum erat post ερχεται primum ινα possum fuisse omissis ει μη. 9, 10 vitiose exscriptum est ενεωχθησαν, item 12, 31 εκβληθησται et 14, 18 ινασ, item 14, 24 praeente iam priore editione ἀγωτων. 11, 16 non vidit primam scripturam συμμαθηταισ pro συμμαθηταισ 11, 27 edidit πεπιστευκα, quod notari debebat ex πιστευω restitutum esse 11, 38 notat „2. m. εμβ.“ ad ενθρεψμανενοσ, sed

eadem manus et pro ei substituit 11, 51 edidit γημελλεν quod est correctoris, pro εμελλεν, quod prima manus dedit 12, 6 in utraque ed. habet εμελλεν per errorem pro εμελεν 12, 13 neglexit primae manus scripturam εκραυγασαν pro εκραυγαζον 12, 40 manui secundae pro πεπωρωκεν tribuit επωρωκεν (alio modo peccaverat in ed. 1, ubi πεπωρηκεν adscriptis) 12, 41 edidit οτε pro οτι 13, 7 et 26 primam manum neglexit 13, 8 omisit ηγουσ post απεκριθη. Capitibus 14 et 15 quinques primam manum praeterit: vv. 10 (ubi est πιστευσεις pro πιστευεισ) et 27, vv. 7 (μη μεινητε pro μεινητε). 9. 16. Eodem capite 15 duo editionis vitia sunt ἀλλιτη (v. 1) et την ψυχη (v. 18). 17, 15 silentio praeterit errorem primae manus, quo in describendo mirum in modum peccarunt Bartoloccius, Mico, Rulotta, ad quos post Maium etiam H. Alfordus accessit. Cf. N. T. Vatic. nostrum pag. XXXXII. Capite 18 neglexit ιστηκει vv. 5 et 16, item ιστηκεισαν v. 18 prima manu pro ειστ. possum. 19, 31 non adsecutus est primae manus scripturam εκεινη (cum multis aliis testibus) pro εκεινου 19, 35 edidit ιωα νημεισ pro ιωα και νημεισ. Denique 21, 9 edidit επεικειμενον in-vito codice pro επικειμενον.

Act. app.

Singulis pagg. edidit πραξεις αποστολων pro πραξ. sine απ. Capite 1. primae manus scripturam quater neglexit: vv. 10. 11. 19. 26. Item 2, 22 ιστραγηλεται edidit nec vidit ιστραγηλεται a prima. Adnotat vero „2. m. λτ.“ At hoc ipso loco ε restauratum atque sic -ει- retentum est. 1, 13 oblitus est notam adponere de mutata nominis μαθητωις scripture 2, 36 neglexit ou primae manus pro ουν et 3, 2 εβασταζε pro εβασταζετο. Nec magis attendit 3, 7 σφυδρα (ut etiam ΗΑC) prima manu datum pro σφυρα 3, 19 primae manus scripturam εξαλιφηνηαι neglexit, item 5, 2 συνιδυησ et 25 εδεσθαι. Capite vero 4 v. 4 ωσει pro ωσ edidit. Ibidem v. 20 primae manui tribuit οιδαμεν pro ειδαμεν 6, 14 tacuit εδηη prima manu pro εδηη scriptum esse, item 7, 3 συγγενιας pro συγγενειας et 7, 8 ισαχ pro ισαω. Versu eiusdem capitinis 10 edidit εξειλατο cum nota „2. m. εξειλ.“ At corrector non εξειλατο, sed εξειλατο substituit. Errores primae manus tacuit 7, 32. 8, 26. 9, 2. Nec magis vidit 7, 39 prima manu αλλα pro αλλ scriptum esse, nec 8, 34 τουτο demum a correctore suppletum. 7, 44 vitiose edidit διεταξαπο 8, 1 excidit τη ante αναιρεσει 9, 2 neglexi

primam manum τα pro τασ, similiter 9, 39. 10, 28 et 36. Nec aliter factum est 9, 3, ubi εξαιφνησ pro εξεφνησ primae manus substitutum est (quo de loco vide infra). 9, 40 ad προσηγέντο notat „1. m. fortasse erat ευ pro ημ“. At certissimum est ipsam primam manum ην scrisisse. 11, 18 edidit αρα γε pro αρα 12, 25 non vidit litteras εις ιερου- rescriptas esse. Vix autem dubium est quin ab initio non εις sed απο scriptum fuerit. 13, 1 neglexit primam scripturam τουτραφχου, item v. 13 ανεγδεντες, v. 46 εαυτος 14, 5 et 21 αρχουσ: et μαδη- τευσαν. 13, 11 edidit επεπεσεν pro επεσεν 13, 26 υμιν pro ημιν 14, 22 εμμενεν pro ενμενεν, ut prima manus scrispit. Rursus neglexit primae manus scripturas 14, 23 et 27. 15, 38. 17, 22 et 31. 18, 1 et 17. 19, 12. 20, 16. Praeterea 17, 34 in margine edidit αρεοπ. pro αρεωπ., item 19, 2 edidit ουδε ει pro ουδ ει, item 20, 23 λεγων pro λεγον. 21, 3 neglexit αναφαναντες prima manu datum, item v. 4 ελεγαν δια του πν. ελεγαν. Versu vero qui sequitur non vidit signa quibus ημας ante εξαρτισαι transponitur. 22, 5 edidit πρεσβυτεριον et adscripsit „2. m. ρειον“, quo quidem modo rem invertit. 22, 20 vitiose exscriptum est ἀναιρήσει pro ἀναιρέσει, item 23, 14 ανεδεματι et 24, 4 παρακαλων pro παρακαλω. 22, 27. 28. 29. notare debebat omnia inde ab ελδων δε ο χειλ. usque ad ευδεωσ ο rescripta esse. 23, 7 edidit λαλησαντος pro λαλουντος et v. 22 απελυσεν pro απελυσε. Ibidem vv. 12 et 21 non vidit primam scripturam πειν pro πιειν, nec magis eodem versu 21 notavit εισων pro εισιν. 23, 28 tacuit verba κατηγαγον αυτ. εις το συνεδρ. αυτων suppleta esse in margine. Rursus praeteriit primam manum 24, 4 et 26. 25, 24 (αυτον sine ζην) 26, 13 bis (βασι- λευσ pro βασιλευ, λανπροτητα pro λαμπρ.) 27, 2 (αδραμυντηνω pro -μυττηνω) v. 12 (παραχιμασιαν) v. 27 (προσαχειν pro προσαν- εχειν) v. 40 (αρτομωνα) v. 41 (πριμνα). 27, 14 pro prima scriptura habuit ευρακυδων (ed. 1. ευρακελυδων), quum sit ευρα- κυλων, de quo loco vide infra. 27, 19 edidit ἐρβειψων (hoc ac- centu) cum nota: „1. m. cum unica ρ.“ Quem in modum utramque lectionem male miscuit, prima enim manus ερειψων, tertia ερριψων habet. 27, 29 in textu reponi voluit ευχοντο (in margine enim notat „2. m. ημ.“), sed exscriptum est ημχοντο. Ad 28, 8 notandum erat a prima esse προσευχαμενος ευχαμενος, sed non notavit.

Epp. catholicae.

Per epistulam Iacobi neglexit primam scripturam 1, 10 (ταπεινωσί) 1, 27 (καὶ πρὸς καὶ) 2, 16 (επιτηδία) 4, 2 (οὐχ εἰχετε) 4, 16 (ἀλαζοναισ) 5, 3 (εἵδαυρισατε) 5, 7 (εκδεχετε) 5, 10 (κακοπαῖδιας) 5, 16 bis (εξομολογεισθῶι et προσευχεσθῶι). Praeterea male fecit quod non notavit μοιχαλίδες 4, 4 in codice cum eis quae praecedunt connexum esse. Per 1. Petri neglexit primam scripturam 2, 18 (επιειχεσι αλλα) 2, 19 (συνδησιν, ut in comm. p. XXXXV. indicavimus) 2, 24 (ιανηται). 3, 1 edidit κερδηθῆσωνται pro -σονται (3, 8 φυλαδελφοι Verc. corr. in ed. 1.) 4, 3 non indicavit correctorem maluisse ειδωλολατριαι. 4, 4 primae manus male tribuit βλασφημουνται, quum sit βλασφημουνται. 4, 16 volebat χρειστιανοσ edere, ut ex nota appareret, sed editum est χριστιανοσ. Per 2. Petri haec notavi: 1, 1 mirum in modum falsus edidit Σεμψων, idque prima manu scriptum putavit. De quo loco cf. commentarium meum. 1, 16 neglexit μεγαλισητοσ primae manus. 2, 18 pro prima scriptura habuit ματαιοτησ. At primum scriptum erat ματαιοτησ. Corrigendum erat ματαιοτησ, tamen corrector, addita syllaba τη post ματαιο, per incuriam τησ intactum reliquit. Ad 2, 15 καταλειποντεσ pro 2. manu dedit, sed est prima. De 2, 19 cf. commentarium nostrum. De epp. Iohannis haec notanda sunt. 1 Ioh. 2, 18 αντιχριστοι et v. 22 αντιχριστοσ sine nota edidit, sed utroque loco i pro si a correctore substitutum est: id quod indicandum erat, ut recte ad αντιχριστοσ v. 18 indicatum est. 2, 27 edidit το αυτο pro το αυτου, 3, 18 αλλ ἐργω pro αλλ εν ἐργω, 4, 10 (etiam in ed. 1) τοῦτο pro τούτῳ, 5, 18 αλλ ο pro αλλα ο. Ad 3, 6 in margine (εօρακεν) 2. man. posuit pro 1. manu, item ad 4, 4 (νενικηρατε) 1. manum pro 2. 4, 21 non indicavit τον θεον αγαπα και a correctore suppleta esse 5, 6 neglexit vitium primae manus. Verba εστιν αμαρτια προς θανατον 5, 16 perperam apud Maium repetita sunt. In 2 Iohannis versu 7 in textum recepit αντιχριστοσ. Debebat αντιχριστοσ recipi, quum adnotaret „2. m. χρ.“ 3 Ioh. 10 excidit εκ ante τησ εκεινησ, v. 13 edidit αλλ pro αλλα, v. 14 ευδεωσ ειδειν cum nota „ita cod. ειδ.“ At in codice est ευδεωσ σε ιδειν. In epp. Iudae v. 9 neglexit σοι in codice bis positum et v. 16 ωφελιας primae manus. Versu vero 14 mirum in modum edidit επροεφητευσεν cum nota „ita cod. 1. m. Sed ε ante φ superponitur“. Non vidit igitur 1. manum επροφητευσεν scripsisse ac

tertiam demum ε αντε φ addidisse. Male etiam singulis pagg. ep. Iac. posuit τακωβου επιστολη, quum codex tantum τακωβου habeat.

Epp. Pauli.

Rom. 1, 1 edidit ιησου χριστου pro χριστ. ιησ. 1, 9 neglexit primam scripturam (αδιαλιπτωσ), item 2, 7 (υπομην) 3, 25 (ενδιξιν) 3, 28 (αρδηρωπον) 8, 9 (εσται pro εστε) 9, 29 (εγενηθεν pro εγενηθημεν) 11, 1 (βεναμ) 11, 6 (επι pro επει). 1, 24 ατειμαζεσθαι edidit sine nota. Sed adnotandum erat: 2. man. ατη. (quemadmodum v. 26 ad ατειμασ notat „2. m. τη.“ Ad 3, 25 ειλαστηριον in marg. per incuriam adscripsit: „1. m. θ.“ Ad 4, 4 et 5 de verbis male repetitis dicendum erat, item ad 9, 18. 7, 22 edidit τὸ pro τῷ 8, 5 ante τον πνευματος excidit τα. 8, 6 de verbis rescriptis referendum erat 11, 1 ad ισραηλειτησ notanda erat correctoris lectio, ut alibi fit 11, 3 in margine (ad „λιφ.“) scribi debebat 1. man., non 2. man. 11, 19 edidit οι κλαδοι pro κλαδοι et v. seq. εξεκλασθησαν pro εκλασθησαν 11, 24 praeteriit omissum prima manus in ενκεντρισθ., item 13, 4 δικονος primae manus pro διακονος 14, 18 non vidit sub χριστω latere θεω et v. 21 pro πειν primam habere πειν 13, 4 τω κακον edidit pro τω το κακον, item 16, 17 γεγονασν pro γεγοναν. 15, 26 per incuriam ποιησασθαι edidit cum nota „ita cod. θε.“ 16, 7 neglexit primam scripturam ασπασθε, item v. seq. αμπλιατον pro αμπλιαν τον.

1 Cor. 1, 6 non vidit primam scripturam του θεου pro τ. χριστου, nec 3, 13 εστιν pro εστι, nec 9, 4 πειν pro πειν. Ad 1, 11 in margine notavit „2. m. μοι“. At μοι pro μου 1. manus est. Vitia primae manus praeteriit 4, 15. 5, 1. 5, 11. 9, 11. 13, 7. 14, 39. 15, 35. 15, 39. 16, 10. Nec magis indicavit 9, 10 οφειλι et μετεχιν 11, 7 οφειλι 15, 37 σπειρια. 4, 11 edidit γυμνητευομεν cum nota in margine: 1. m. γυμνειτευομεν. At correctum non est γυμνητευομεν, sed γυμνιτευομεν. 9, 18 edidit ουν μοι, compendio scripturae non intellecto; scriptum est enim ουν μου. Rursus 10, 7 neglexit primam manum πειν.

2 Cor. 1, 5 primae manus vitium praeteriit, item 1, 16. 3, 15 sq. 11, 15. 12, 11. Vitia ipse invito codice edidit: 2, 15 σωζωμενοισ (in utraque editione) 4, 17 υμιν pro ημιν 8, 16 ημων pro υμων 9, 2 περισ pro περισ 12, 10 στενωχωριασ pro στενοχωριασ 13, 3 λαλουτοσ. 1, 12 non indicavit ημων super rasuram rescriptum esse 3, 3 edidit καρδιασ pro καρδιαισ 3, 15

αναγινωσκεται pro αναγινωσκηται 4, 6 οτι ο θεος, sed ο deest 4, 15 ad τα γαρ παντα notat: „τα superponitur“, at prima manus ταρπαντα habet 6, 16 edidit συγχατανεσσ, quum non vidisset συ κατανεσσ prima manu scriptum 7, 4 ad ημων adscribit „ita 1. m.“, sed scribendum erat: ita codex, nulla enim correctio adest. 12, 14 praeteriit θησαυριδων 12, 20 edidit φυσιωσεις, sed prima manus φυσιωσις scripsit. Ad 13, 3 adnotat: „2. m. αλλ' ἀδυνατεῖ.“ Sed ipse corrector correxit eam scripturam reposuitque ἀλλὰ δυνατεῖ.

Gal. 1, 5 edidit vitiouse τῷ αἰώνῳ, et iam in priore editione τῷ αἰώνῳ legitur. 1, 11 plura verba repetita praeteriit, item 1, 22 primam scripturam εκκλησιασ pro εκκλησιαι, 2, 7 rasuram in verbis αλλα τουναντιον 2, 16 primam scripturam pro πιστεωσ 4, 15 excidit ο ante μαχαρισμοσ 4, 17 edidit ημασ pro υμασ, 5, 3 edidit in utraque editione vitiouse οφειλητησ, 5, 21 non indicavit i litteram post φῶνοι prima manu positam 5, 11 neglexit πηλικοις a correctore pro ηλικοις repositum.

Eph. 1, 19 praeteriit primae manus vitium κατη pro κατα 1, 23 edidit του παντα male omisso τα 2, 9 edidit καυχησεται pro καυχησηται 2, 21 vitiouse habet in utraque editione συναρμολογουμενη 4, 16 non vedit primam scripturam συνβιβαζ. pro συμβιβ. 4, 20 vitiouse edidit εμαδητε 5, 4 in margine adscripsit „2. m. -τεια“ ad ευχαριστιαν, at -τεια est primae manus 6, 11 neglexit μενοδιας primae manus pro μενοδειασ.

Philipp. 1, 22 edidit αιρησομαι pro -σωμαι 1, 30 praeteriit vitium primae manus εχον pro εχοντεσ 2, 29 ad εντειμουσ in textu adposuit in margine „cod. τιμ.“ Volebat εντιμ. in textum ponere et „cod. εντειμ.“ in margine. 2, 30 mirum in modum erravit codici tribuens παρακολευσαμενοσ pro παραβολευσαμενοσ. 4, 1 non vedit μου post στεφανοσ a prima defuisse.

Ad epistulam ad Col. in ipsa inscriptione erravit. Dat enim κολοσσαις cum nota marginali: „al. man. κολασσ.“ At prima manus κολασσαις, tertia κολοσσ. habet. Gravius etiam peccat in paginarum titulis, quos πρ. κολοσσαις edidit absque nota; at ibi codex κολασσαις, neque mutata est scriptura. 2, 1 praeteriit primam scripturam λαοδικια pro λαοδικεια, item 2, 23 αφειδια pro αφειδεια 3, 5 non indicavit tertiam manum probasse ειδωλολατρια pro -τρεια 3, 13 neglexit primam manum υμισ, item 4, 10 ασπαζετε pro -ζεται, item 4, 13 et 15 λαο-

δικια pro -δικεια et v. 16 λαοδικιασ pro -δικειασ. 4, 2 non indicavit προσευχη prima manu repetitum esse.

1 Thess. 5, 12 indicandum erat υμων εν και super rasuram rescripta esse. 2 Thess. 2, 4 edidit „υπερομ.“, sed scribendum erat υπερερομ. 3, 10 praeteriit primam scripturam εργαζεσθε pro -σησι 3, 14 edidit συναναμεγνυσθε, sed codex -σησι habet, nec correctum. Pagina cod. 1507 non ad 1 Th. 1, 1 sed ad 1, 8 adscribenda erat.

Hebr. 1, 3 ad φανερων notat: „huius vocabuli tres litterae αις scribuntur a 2. m. super raso.“ „Mutatio facta videtur ex vulgata lectione φέρων.“ At dicendum erat ipsum φανερων primae manus scripturam esse, tertiam reposuisse φέρων (addito etiam accentu); postea vero, ab eadem ut videtur manu quae litteris saeculi fere tertii decimi notam in margine adscriptis, incipientem a verbis ἀμαθέστατε και κακέ, restitutum esse φανερών, addito etiam circumflexo accentu. 1, 7 in margine ad λειτουργουσ notavit „2. m. λιτ“. At ita prima, non secunda scripsit. 1, 9 edidit εχρισεν pro εχρισεν, quod prima manu scriptum eodem iure utitur quo εμεισθασ, quod eodem nono versu in ipso textu retinuit. 2, 18 vitiouse editum est βοηθησαι pro βοηθησαι 5, 3 praeteriit prim. scripturam οφιλει 7, 1 habet υψιστου pro του υψιστου et 7, 4 δη pro δε 7, 11 praeteriit primam scripturam τελιωσισ, item 7, 16 ubi in εντολησ σαρκινησ alterum σ omissum erat 7, 21 incredibili errore edidit μεταμεληθησται cum nota „tertia [littera] μ superadditur a 1. m.“ Quo de loco vide post. 8, 9 edidit εν ημερασ pro εν ημεραισ. Ibidem επιλαβομενου pariter in utraque ed. edidit. 8, 10 edidit καρδιασ αυτων addita nota: „codex ex mendo, ut puto, secundae manus καρδια εαυτων.“ Sed ipse scriptor καρδια εαυτων scripsit nec id quisquam mutavit. 8, 11 notavit „1. m. ιδουσι“, sed debebat scribere ειδουσιν. Nec vero ειδησουσιν sed ειδησουσι tertia manu substitutum est. Ad 9, 4 εχουσα praeteriit quod prima manus ε omisit.

Dixeram in Appendice p. VII., providens ne nimium dicere viderer, plus quadringentos locos editionis Maianae a me correctos esse. Quo numero offensus auctor „commentarioli“ respondit: „Exceptione utar: non omnes errores recte a Tischendorfio fuisse notatos, imo non paucos ab eo correctos fuisse in nuperrima Appendice Novi Testamenti Vaticani.“ Si quis vero locos modo recensitos numeraverit, non quadringentos habebit, sed numerum eos quingentarium longe exce-

dere intelleget. Quorum non recte quicquam correctum esse nemo dicet, nisi quis ad modum commentarioli ignorantiae praetendat petulantiam. Ac temere ille de Appendice loquutus est. Nullus enim eorum locorum quos attulimus ex Appendice sumptus aut correctus est. Diximus ibi pag. XVII. aliquoties vitium utriusque editionis Maiana dictum esse quod non sit nisi unius, item nonnihil ex editione altera in commentarium relatum esse quod iam Vercellonius notasset vel in tabella priori editioni adiecta vel in praefatioue. Hoc quindecim fere locos attinet, quorum nullus ad numerum illum de quo quaeritur quadringenarium aut quingentarium nec quod excedit adhibitus est. Praeterea in ipsis correctionibus Vercellonii inventa sunt quae correctione opus haberent, cf. ad Mt. 7, 22. Mc. 3, 3. Act. 27, 14.

Esse autem in hoc ingenti vitiorum quae primus notavi numero, praeter ea quae editorem socordiae atque negligentiae arguunt, plurima imperitiae imo incredibilis inscitiae documenta, non est quod singillatim et quasi digito demonstremus.¹ Duo tantum exempla paullo accuratius videamus. Alterum est 2 Petr. 1, 1, alterum Heb. 7, 21. Ineunte enim Petri epistula prima manu σημων scriptum est. Corrector saeculi decimi colore et forma eminenti initialem litteram ex suae aetatis usu adipinxit; qua cum re coniunctum est quod σ primae manus litteram non instauravit eoque modo extinxit. Iam quid de eo loco Maius sensit? A prima esse opinatus est Σημων, ab altera Σημων. Quo nihil infelicius esse potest propterea quod prima manus totum per codicem alienissima est ab initialium quas vocant litterarum usu. Quod nisi oblitus esset, in talem errorem delabi nequivat. Altero loco μεταμελημένησται scriptum esse opinatus est idque quamvis inauditum in ipsum textum utriusque editionis suaee recepit. Notavit vero etiam in altera μ prima manu superadditum esse. Tam turpem errorem ab ipso scriptore de industria verbo sanissimo inlatum non est miratus? At quid tandem rei est? μ illud non est nisi macula, i. e. inversa littera ex adverso scripta, agglutinata membranae quam μεταμελημένησται occupat.²

¹ Aliter sensit commentarioli auctor, qui p. 7. Maium „quae implicatae erant lectiones indicio suo exercitatissimo solvisse“ perhibet.

² Posit cum nota illa infelicissima componi quod ad ἀπαρνήσει Mt. 26, 34 adnotatum est: „ita codex ει, non εισ“. Sed similia persequi odiosum

Iam vero etiam videndum est de vitiis Novi Testamenti Vaticani Lipsiensis, quibus in praedicandis multus est commentarioli auctor cum amicis. Referuntur illa sedulo in App. p. XVI. Ter numeri ad marginem emendantur: semel enim et excidit, semel numerus transferendus est, semel δ pro Σ editum; item bis suppletur numerus. In textu quater excidit et exeunte versu ac bis mediis verbis desideratur; accedunt alia menda typographica 8.¹ In notis bis addenda est tertia manus, qua

est. Ceterum eodem officio corrigendi Maium ingratissimo fungi nuper perrexiimus. Quum enim tractatus duo Philonis, qui de colendis parentibus et de cophini festo inscribuntur, cum nonnullis eius philosophi ineditis ex eodem codice Laurentiano, ex quo primus Angelus Maius hauserat, edebam, intellegebam verba Graeca manu saeculi tertii decimi scripta viram illum doctissimum parum asequutum esse proptereaque utrumque tractatum maxime depravatum edidisse. Qua de re cf. „Philonea, inedita altera, altera nunc demum recte ex vetere scriptura eruta. Lipsiae 1868.“ Pagina IX sq. haec scripsimus: „Tantopere enim vetere scriptura interpretanda erravit ut Philonis opus plurimis ac pessimis vitiis deformaret, quae quidem fideliter alios repetisse miror. Quum scriptor usu compendiorum frequentissimo excellat, neque tamen ab ea ratione qua plerunque illa adhibebantur recedat, a nemine legi potest nisi qui, quibus librarii aetatis mediae mirum in modum delectati sunt, compendiorum rationem penitus habet cognitam. Quod minime in Maium cadere notatione huins libri critica docetur, unde aliquid exemplorum afferamus. Pro παρὰ ταῦτα legit παρὰ ταῦτα, qua in re cum compendio etiam accentum neglexit, ex ὡς πάνδημος fecit ἀπάνδημος, pro ἀγαθῶς — ἀγαθῷ scriptum esse opinatus est, ex ἀδιαστάτῳ fecit ἀδιαστάτον (hoc accentu), θέντι ex θεού, alibi ex θέστι, οὐτωσ ex τούτῳ, δὲ' αὐτὸ ex διὰ τοῦτο, τὸ ἐπίστημα ex τάσ ἐπιστήμασ, κατ' αὐτὸ ex κατ' αὐτάσ, τὸν ex τήν, ἀναιρέσεω ex ἀναιρέσει, τῆσ εἰς ἐσθῆτα καὶ τροφὴν ex τῶν εἰς ἐσθῆτας καὶ τροφάς, ἀνωτάτησ ex ἀνωτάτω, δευτεραλαν ex δευτερεῖσ, δοκών ex δοκεῖν, αὐτοκελευστή ex αὐτοκέλευστον, χαρίζοντες ex χαρίζονται, ἐνδέ ἐκάστου ex ἐνεκα τοῦ, οὔτε ex οὐ γάρ, ὡς οὖν ex ω γάρ, καθότιμα incredibili modo finxit ex καθωτίμαν (pro καθωσιωμένα), ἀνθρώπου ex ἀνθρώπων, ἀνθρωπώδεισ ex ἀνθρωποειδέισ, διακενέστων ex διακενέστασ, θέντι πλαστεῖν ex θεοπλαστεῖν, καὶ mox pro τὸν, mox pro τὸ habuit, alibi καὶ pro ἦ legit, πρὶ et μητ, quibus compendiis nihil frequentius est, plene scripsit πατέρι et μητέρι. Qui errores cum aliis, qui ne compendiorum quidem difficultate excusari possunt (ut quod ἔαν cum ἔαν confudit tota oratione misere turbata p. 80) editioni Maianaee eo plus detrimenti attulerunt, quod ipsum sensum multorum in quos incident locorum perverterunt, quemadmodum p. 78 καὶ in τὸ mutato totum locum corruptit, ut interpretatione Graecis addita probatur.“ Commissit autem eiusmodi ut vidimus vicia per sex codicis folia fere septuaginta.

¹ Commentarioli auctor, quo tutius de fide „editionis Lipsiensis“ detrahheret, p. 12. („Utrum igitur talis editio mereatur titulum quo inscribatur ac praeferenda sit maianaee“ etc.) contulit in easm quattuor menda huius

πολει fit ex πολι, εποιησατε ex -ται. Semel non repetitum est signum Β³, semel abundat. Semel ipsa nota corrigitur. Extus columnae ter a codice differt syllabis duabus, bis una syllaba, semel littera una. Supersunt duo vitia quae a mea ipsius incuria pendent: ιωανης pro ιωανης (ita plerumque Β, tamen decies -νν-) et ανδρωπων pro αματων. Utrumque inde ortum quod ea verba non plene, sed notatis tantum primis et ultimis litteris (α—ν, τ—σ) ex codice exscripseram. Qua re ut explicantur errores illi, ita non excusantur; omnino enim quae ex schedis meis ad typos transiere, tractari debebant summa cum cura, quam transscribendis duabus illis vocibus a me non adhibitam, ut minime dissimulavi, perquam moleste fero. Immensa vero exultationis caussa exstitere Romanis qui sibi videntur criticis. Illa ipsa enim sunt quae in commentariolo p. 10 dicuntur „graviora errata, quae vix in tanto viro cogitari possunt contigisse“. ¹ Atque inde audaciam sibi sumunt vetandi ne Maium iudicarem. Rei quid sit, in aprico est, nec impediam quominus ab hac festinatione plus decem locis Maii incuria vitiatis veniam petant. Nihilominus nudanda incredibili operis Maiani vitiositate, quam vereor ne nemo amplius in dubium vocaturus sit, non aliud mihi fecisse videor nisi ut officio satisfacerem meo. Aliud enim est gloriae Romanae consulere, aliud litteris ac veritati. ²

generis quae in solam Appendicem inrepserunt. Nimirum a testimonii religione ac fide libellus totus abhorret.

¹ A codicis examine meo aliena esse testatur ex. Mai. Romanis traditum.

² Nec vero praetereunda sunt quae ex nuperrima editione Romana ad emendandam et complendam editionem Lipsiensem accesserunt. Transiere autem a Maio ad me loci omnes ad quos emendatio ista pertinet; quos quidem inter perlustrandum codicem a me non animadversos, non examinatos esse, propter brevissimum tempus quo licebat mihi perlustrare, urgente Vercellonio ut finirem, minime miror. Sunt autem vitia codicis non pauca quae praeiente Maio praetermissus, cuiusmodi sunt ςα pro και, υπομενας, ο pro οι, ται pro τοις, et cetera quae App. p. XVII. relata sunt. Item ex Maio repetivimus αγαλλιασθηναι pro -ιανηναι, η pro ην, τον μεν pro τοι, εξουθενουντεσ omisso και, item εισι et εξεστι pro εισιν et εξεστιν, δε επι pro δ επι, συμφημι pro συνφ. Negleximus cum eo πατηρ pro πατερ, βασιλευσ αγριππα pro -λευ αγρ., χειρᾱ pro χειρα, ελεημενοσ pro ηλ., Act. 10, 37 βαπτισμα pro κηρυγμα. Repetivimus etiam, quae 2. manus sunt, εποιειτε et στρατιωτας pro ποιειτε et στρατιωτας. Quae quidem post largissimam messem a nobis intra horas 40 factam editoribus nuperrimis reservata fuisse, iure suo gavisi illi sunt, neque ego in mora habui quin No. To. meo Vat. adderem.

At videruntne iam ante me ipsi Romani quae equidem primus invenisse ac docuisse mihi videor? Iam allata sunt commentarioli hac de re verba, quae sic exeunt: „Quare si quid novi Tischendorfius vidit, superest tantum turpitudo.“ Vide supra pag. 11. Quod autem negavit auctor „errores quadringtones recte a Tischendorfio notatos“, item „ex iis talem in editionem illam ingeri deformitatem, quae sustineri nequaquam possit“, negasse eum manifestum est ex plena rei ignoratione; quippe facilius est conviciari et calumniari quam discere atque intellegere. Quod vero una contendit, „maianam illam editionem in nonnullis erratam praelo exiisse Maium ipsum et Vercellonium pervidisse“, id caute quidem dixit, providens ne a se ipse descisceret. Ut enim nonnulla tantum errata esse ponit, ita nonnulla et Maium et Vercellonium pervidisse scribit. Ac revera pviderunt nonnulla illi, quemadmodum, quod Maium attinet, scriptor Romanus in verba erumpit (p. 7 seq.): „Quid valet illum aliqua folia suae editionis magis errata denuo sub prelo ponere, nisi recognovisse suam editionem immunem ab erroribus non esse?“ „Quid, quaeso, valet eius prudentissima renitentia in paratam illam editionem evulgando?“ Quae quidem verissima sunt. Nec minus verum est quod ibidem de Vercellonio editionis Maianae emendatore addit. At quid tandem ista omnia valent ac probant? Scilicet quae ipsi diximus luculenter comprobant. Hand quicquam enim eorum quae Maius retractato ipso codice, qui multos per annos in aedibus eius manebat, emendanda iudicavit, et quae Vercellonius laboribus Maianis rursus cum codice conlatis revera emendavit, ad conficiendum vitiorum indicem adhibuimus. Quamvis igitur et Maius et Vercellonius in emendando opere laboraverint, tamen editio ipsa altera et emendatior tot ac tantis vitis scatet, quae antequam nobis per horas duas et quadraginta codicem perlustrare licuit nemo aliis correxit. Quin potuerint illi, dummodo multo plus diligentiae adhiberent, aliquot vitiorum centena quae intacta reliquerunt corrigerre, non ea tantum quae per miram socordiam ex Elzeviriana editione repetita sunt, sed multas etiam vel antiquissimi librarii vel correctorum scripturas satis perspicuas, nullus dubito. Alia vero sat multa, quaecumque difficiliora dici possunt, ut ignoravit Maius, ita Vercellonii acumen superasse, quis tandem negabit, modo videre velit? In omnibus enim quae Ver-

cellonius denuo conlata cum codice editione notavit, quippe „quae maioris ei ponderis videbantur“ — nisi forte excipias Mc. 2, 9 sqq. ubi recte vidi pariter ac 2, 4 a prima manu χραβαττον, non χραββαττον profectum esse — nihil est quod ad locos difficiliores a me explicatos pertineat. Quod quum ad probandum iam satis videatur, non est quod addam quantumpere ille miratus sit, quum reconditiora ei, dum vetustas membranas ipso praesente perlustrabam, ante oculos ponerem. In quibus quum passim Vaticanum codicem cum Sinaitico facere ei significassem, animum induxit ut ubique reconditiora investigaturus compararet Sinaiacum.

Sed haec ad alteram nos disputationis partem ducunt, qua respondendum est scriptori Romano contendenti, nihil me ad instituendam nuperrimam editionem Romanam valuisse.

Versatur commentarioli auctor insigni cum studio in praedicanda cura quae iam dudum Romae ad codicem Vaticanum digne edendum conlata sit, quamvis alibi parum intellegeretur. Qua de re, postquam dixit admirationem et investigationem eius codicis quasi febrem urentem animos eruditorum factam esse saeculo praesertim nostro, pag. 5 haec scribit: „Hinc „quia codex possidetur ab Apostolica Sede, cui imponebatur „onus edendi, desideria facile versa sunt in clamores; et dum „laudabile opus laudabiliter urgebatur, nec romana sedulitas „defuerat unquam desideriis scientiae; adversarii Romanam „Sedem praetextu huius operis vel non incoepi, vel non ab „soluti, vel nova industria non resumpti pari animi acrimonia, „pari turpitudine insectabantur. Verum ex his omnibus ita „lorum sapientia, amor studiorum, ingenium, geniusque, di „cam etiam patientia atque moderatio, illorum vero invidia „refulget. Historia severitate sua stat; atque omnibus ma „gistra sistitur qui verum videre volunt, nec passionibus un „quam turbantur. Et re quidem vera, saeculo nostro nondum „medio multa dicta fuere ab aliquibus acatholicis contra Ro „manam Sedem, quae hunc celebrem codicem Vaticanum non „permittebat studiis eruditorum et illum uti suum adversarium „occultabat nec eiusdem fieri editionem patiebatur.¹ Sed

¹ Conferenda hic est nota quam supra pag. 10 apposuimus. Inde appetat, quod mireris, ipsum Vercellioniam in eadem cum adversariis Sedis Romanae sententia fuisse. Ille enim Angelo Maio nihil magis laudi duxit quam quod eorum clamoribus, qui Romae codicis Vaticano palam faciendo

„Romae non clamoribus, non passione, sed consilio ac studio
 „providebatur, ut quod omnes cupiebant, quod in consiliis
 „eruditorum hominum persuadebatur, non ineleganti opere,
 „magna cum dignitate Romanae Urbis praestaretur. Quae
 „sapientissima Romana providentia non prius apparuit quam,
 „absoluto opere, eius ratio, progressus, difficultas describe-
 „retur. Et rectissime quidem; nam inanes voces, tumultus
 „vulgi, clamores reprimere clamoribus indignum habetur pru-
 „denti viro, qui in sua sapientia tutus passiones aliorum risu
 „excipit, quum videat maledictiones illas reverti in perniciem
 „illorum, qui criterio destituti immoderatis animi motibus
 „aguntur. Roma dicebatur timere editionem illius codicis;
 „Vaticani, et Roma cogitabat de recta ratione edendi codicis;
 „alibi vacabatur dicerii, Romae studiis.“

Quaerenti quorsum spectet oratio fervens ista, vereor ne
 mirum videatur de nulla alia re nisi de Angeli Maii editione
 agi. Quae dum inde ab anno 1828, teste Vercellonio, para-
 batur et retinebatur et tandem edebatur, triginta fere annos
 elapsos esse constat. Quod quum nuperrimo hoc teste factum
 sit ad testandam „Italorum sapientiam, amorem studiorum,
 ingenium, geniumque, etiam patientiam atque moderationem“,
 quis non condemnabit quae contra stetisse dicuntur inanes
 illas voces, tumultus vulgi et clamores? At, ne ludere vide-
 amur, plaudant illi sibi quantum placuerit. Quo magis autem
 tanto opere, felici tot annorum fructu, gloriantur, eo vehe-
 mentius, etsi dissimulant, admirari eos confido, quod unum
 de quinque quibus constat voluminibus, quamvis repetitis cu-
 ris Romanis iam esset correctum, intra horas quadraginta
 quingentis et quod excedit locis corrigere mihi contigit, ad-
 ditis insuper quae vel maxime facerent ad rationem quum an-
 tiquissimae scripturae tum correctorum cognoscendam.

Sed iam de nuperrima dicendum est editione, quae exe-
 unte anno 1866 Romae suscepta est. De hac quum ipse nihil
 aliud retulisset nisi quae Romae coram me dicta ac gesta sunt,
 non erat opinor cur quicquam me ad instituendam illam va-
 luisse cupidius negarent. Volunt igitur iam ante adventum
 meum editionem talem accuratissimam Romae constitutam esse,
 adversabantur, timentes ab eo tanquam auctoritate ipsis aliena, minime
 cessit. Quod ut et ipse in laudem Maii patefacerem, Vercellonius mihi
 auctor erat.

quum Maiano opere rei criticae nondum satisfactum esse satis intellectum esset. Cf. commentariolum p. 14 sq. Verba diurnorum Romanorum de eadem re iam allata sunt in Append. pag. IX. In commentariolo igitur haec leguntur: Falsissimum esse illum (Tischendorfium) solum Romae suasisse accuratiorem editionem esse faciendam, in tuto iam posuimus, quum desiderium illud vivis verbis expressum fuisse viderimus ab ipso Vercellonio in ipsa evulgatione maiani operis.“ At hoc finxit auctor, ut tot alia in commentariolo prolata. Vercellonius enim nihil de nova editione Romae suscipienda dixit. Verba eius haec sunt pag. XVI. „studiosorum commodis ut consuleremus, haec Biblia, nulla iam nova haesitatione interposita, in lucem emittere constituimus: non eo quidem consilio, ut ceterorum alacritatem morem, sed immo potius ut reliquis patrerior sit via, qua felicius incedant, accuratiusque opus perficiant. Perficiant, inquam, qua ad rem criticam, philologicam, palaeographicam pertinet.“¹ Praeterea anno 1858 mihi ipsi scripsit, quum me de voluminibus Maii foras datis litteris Latinis certiorem faciebat: „Integra res tibi superest.“ Non enim ignorabat ille iam anno 1843, absoluta codicis Ephraemi palimpsesti editione, edendi codicis Vaticani caussa Romam me venisse, sed permissionem eius rei propter opus dudum a

¹ Cohaerent haec maxime cum eis quae eodem capite praecedunt p. XIV sq. „Si quis percunctatus fuerit cur in hoc prooemio prope nullam codicis vaticani descriptionem proferamus, licet hanc editor promiserit, in primis respondebimus non ita nostris [nos] fidere viribus, ut nos tanto operi idoneos censeamus. Quod enim a Maii exquisita doctrina, summaque industria expectari poterat, quoniam iure aequi rerum aestimatores a nobis exposcerent? Non enim ultro ad tam grave onus subeundum humeros obtulimus; sed oblatam occasionem aliquid pro viribus audendi non detrectavimus. Adde plurimos eosque doctissimos auctores iamdiu plus minus praeclarę id praestitisse, quorum laudabiles conatus, etsi meliora adhuc expectanda suadeant, interea tamen sufficere posse videntur.. Nam ipsem Maius in suis schedis testatur Hugium et Tischendorfium fere omnia in bac palaestra praecupasse: et sane in horum scriptis multa industria, et diligentia comparet, multa doctrina. Denique, ut quod maxime animum permovit candide aperiamus, nostri muneris esse censuimus post tantas cunctationes haud diutius remorari editionem, ne nova impedimenta obici videantur; praesertim quum et nobis et aliis quibuscumque in posterum licet quamlibet copiosam codicis illustrationem tuto proferre: immo hoc magis commode nec minus opportune, post editum ipsum textum, quem eruditii omnes iamdudum praestolantur, conficietur.“

Maio susceptum non adeptum esse.¹ At non opus est tam remota memoria repetere, quum satis ea de re ipso anno 1866 Romae didicerim. Vercellonius enim, quem statim quum advenissem adii, nullo modo significavit S. Sedem codicis editionem moliri,

¹ *Eius rei mentio a me facta est in ed. Novi Test. crit. mai. VII. p. X sq. hunc in modum: „Romam petentem commendationes Iohannis clementissimi Saxoniae principis comitatae sunt. Inde factum est ut etiam domina augustissima Ludovica Saxoniae princeps studia mea insigni gratia dignaretur. Ibidem optime de me meruerunt vir excellentissimus Kestner, clarus ille artium liberalium patronus, cardinales eminentissimi Mezzofante, Corsi, Mai, bibliothecae Vaticanae praefecti Laureani et Molza. Praeterea nullus dubito quin Gregorius XVI. P. M., qui et ipse, ut mihi maxima cum comitate narravit, ante plures annos de emendando Hebraeo bibliorum textu consilia iniri iusserat, codici Vaticano celeberrimo per me publicando nullo modo obstatus fuisse, si quod volebat non displicuisse Lambruschino.“ (Repetita ista sunt ex ea Ni. Ti. editione quae iam anno 1849 prouidit. Cf. ibi pag. V.) Invat autem h. l. paullo accuratius ea de re expondere. Biennio Parisiis transacto, ante solemnia paschalia anni 1843 Romanum petii. Ubi quid potissimum vellem quum compresisset Guizot vir illustris, qui tum summa auctoritate valebat, comiti Latour-Maubourg, legato Ludovici Philippi apud Sanctam Sedem, mandavit ut me quantum posset adiuvaret. Praeterea Dionysius Affre archiepiscopus Parisiensis beatae memoriae abeunti Parisiis litteras dedit ipsi summo Pontifici inscriptas. Res autem mirum in modum in urbe aeterna gestae sunt. Quum enim a Lambruschino viro eminentissimo aditum ad Gregorium XVI. petisset, libenter ille quidem concessit, sed vetuit ne de bibliis Vaticanis interpellarem Papam, quippe qui id quod vellem disertis verbis iam recusasset. Ipse vero Papa singulari cum voluntate me exceptit. Et quum coram me recitasset quae in dedicatione Novi Testamenti mei Graeci et Latini Parisiis a. 1842 Dionysio Affre scripseram de perlustrandis celeberrimis Europae bibliothecis ad antiquissima librorum sacrorum monumenta in lucem protrahenda, quae sit de horum laborum successu. Respondi ubique multum me profecisse, Romae vero quod vellem mihi non permisum esse. Hoc perquam mirum ei videbatur. Quum autem asseverabam ab usu bibliorum Vaticanorum me prohibitum esse, quo id modo explicaret nesciens, promisit se ipsum desiderio meo prospectum esse. Nec neglexit ille quidem promissum suum. Die enim postero bibliothecam Vaticanam intranti Laureani et Molza praefecti magno cum gudio narraverunt, Gregorium XVI. brevi postquam ab ipso discessisset, in bibliothecam suam se contulisse ut in caussam inquireret meam. Tum vero rescivit ab ore praefectorum desiderio meo adversari Lambruschinum. Hunc igitur nomine Papae ea in re abusum esse, sed plus ipso Papa valere facile apparebat. Brevi tamen post quippe tantum patrum nacto certe per horas sex ut codice licuit. Quod ita feci ut locos nonnullos lectionis dubiae examinarem, ac versus aliquot posteriore manu immunes quam accuratissime delinearem.*

meum vero consilium petendi a Pio Nono veniam editionis parandae prorsus probavit. Iosephum quidem Spithöver bibliopolam honestissimum de splendida quadam editiōne cogitasse non incredibile est, sed quod sciam res eiusmodi non a mente bibliopole pendet, neque post concessum illi est ut certe in parte esset editionis instituenda. Nec magis vero Antonellus, quum ei quod volebam indicassem, de consilio codicis Romae edendi mentionem fecit, sed ut permissionem edendi nancisceret adeundum esse Papam, cui se statim de voluntate mea relaturum significavit. Nec denique aliud ipse Papa testatus est. Quum enim consilium meum edendi codicis patefecisset eiusque rei ab ipso veniam petisset, respondit: At iam est editus. Rursusque urgenti editiones Maianas non pro bonis haberi minime opposuit consilium novae editionis Romanae, sed potius reposuit omnino fidem illis esse habendam („ma è un' affare della fede“). Quod quum pertinaciter impugnarem, significans fidem Maio demum habitum iri si editione tali, quam animo moliebar, rectius eum quam crederetur edidisse monstraretur, tum demum dixit: at id et ipsi facere poterimus („ma potremo fare anche noi“). Praeterea laboribus meis circa codicem Vaticanum delatoris opera ex inopinato interdictis quum Antonellum adibam interdicti caussam exquirens, in Vercellonum incidi ex conclavi Antonelli exeuntem. Communicavit autem mecum convenisse se Antonellum nulla alia de caussa nisi ut recusaret mandatum codicis edendi, quippe cui exsequendo parem se non sentiret. Hoc certe eiusmodi est ut doceat, Vercellonum ipsum antea minime de editione suis viribus perficienda cogitasse. Ultimo loco repetendum censeo quod iam in App. pag. IX. relatum est. Quam enim adhuc de instituenda Romae editione inter eos penes quos auctoritas est deliberaretur, Vercellonius abeunti Roma dixit: Si quid fit, tibi debemus. Quae quidem verba satis probant quam sincero ille animo et quam alienus ab eorum moribus fuerit qui singulari cum audacia bellum gerendum sibi putant „contro quelle insolenze protestanti tedesche.“¹

Repetii igitur breviter quae eorum adversari sententiae videntur, qui quicquam me ad instituendam novissimam editionem Romanam valuisse fortiter negant. Nihilominus eis qui

¹ Cf. l'Armonia della religione colla civiltà. Firenze. 23. Febbr.

Romanorum gloriam alienis studiis intactam quam adiutam malunt licebit quicquid libebit, modo ne aliis veniam denergent credendi plus Vercellonio, Antonello, Pio Nono, quam cupidis Romanae gloriae vindicibus.

Est hic autem locus idoneus quo ad ea respiciamus, quibus La Civiltà cattolica nuper militiam adversus me resumpsit. Quod ita fecit ut eam quia uti solet perfidiam etiam manifestorem redderet. Sed de singulis videndum est. Eo enim fasciculo qui d. 7. m. Aug. huius anni prodiit, pag. 273 sqq., fabula de me libri Maiani laudatore retractatur. Quam ut a Romanis — praeivit enim Vercellonius diurnorum scriptorem — temere fictam agnoscant, tantum abest ut meis verbis id ipsum quod fixerunt confirmatum dicant. Quam rem ita instituerunt ut colloquium quod Pius Nonus mecum fecit misere deformarent. Narrant enim sic me dixisse Papae: „Non si crede, Padre Santo, che l'edizione del Mai sia tanto corretta quanto è. Ma se io pubblicherò il Codice Vaticano, farò finire su questo ogni dubbio.“ In his quis non agnoscat Romanum, solum Romanum, perfectis eis quae revera inter Pium Nonum et me disputata sunt? Equidem veniam edendi codicis peto. Papa ea re minime opus esse contendit quam iam Maius ediderit. Ego respondeo editiones Maii non pro accuratis haberi. Pontifex pro accuratis eas habendas esse declarat, idque tantopere urget ut addat: è un' affare della fede, „fidei res est.“ Ego vero eiusmodi rem esse nego, neque posse Maii fidem restitui assero nisi ipsa re comprobetur, i. e. nisi editione accuratissima eaque ad similitudinem ipsius codicis instituta Maium fideliter expressisse antiquam scripturam intellegatur. Quis tandem verba mea, quae ipsa affert scriptor Romanus, aliter interpretari potest, nisi mala fide detorquere quam interpretari malit? Fefellit autem iste facilis negotio lectores suos eo quod praetermisit quae ipse Pontifex circa fidem editionis Maiana protulerat. Nimirum haec eiusmodi sunt quae parum confirment Papam falli non posse. Falsus est enim maximum in modum. Quibus autem falsarii Romani exit oratio? „Narrato questo abboccamento, e confessato di propria bocca che egli lodò il Mai innanzi al Santo Padre, in quegli stessi termini riferiti da noi, con cui lo aveva lodato al P. Vercellone; ei si rivolge immediatamente a noi, e dice: Niuno più di me era persuaso della viziosità della

edizione del Mai. La mia intenzione era di far conoscere questi vizii, pubblicando il Codice Vaticano. Voi dunque avete ecce-
duto di troppo, spacciandomi per lodatore di quel Cardinale.
Noi confessiamo il nostro eccesso. Però fu un eccesso di sem-
plicità. Credemmo che quelle lodi fossero sincere.“ Egregie
igitur sibi constat vir Romanus: veritatem vincit simulatione
et fallaciis. Nec aliter se habent reliqua quae retractat. In
his est quod cum Vercellonio vult, codicem Vaticanum videri
ex numero illorum quinquaginta exemplarium quae Eusebius
anno fere 331 ex mandato Constantini Byzantium misit. Hanc
coniecturam¹ Append. p. XV. dixi re vetari per se satis levi.
Vaticanum enim codicem quinquevibus compositum esse vidi,
Eusebius vero imperatori scripsit volumina ternionibus et qua-
ternionibus composita se misisse.² Contra hoc quae scriptor
Romanus protulit, pari cum petulantia atque ignorantia scripta
sunt. Primum notat: „Lasciamo da parte quelle cose, le
quali non sembrano dette a proposito, come per esempio è
quella che prima di lui non si era da altri osservata la sin-
golarità, che ha il Codice, di esser composto di quinterni; e
che prima di lui non si erano da altri osservati i numeri, i
quali contano i quinterni medesimi. Lasciamo che il Tischend-
dorf affermi tali cose.“³ Scilicet non vidit istud a me dictum
esse ad excusandam Vercellonii coniecturam. Si enim vi-
disset aut didicisset ab alio, pro intellegentia qua erat eum
non coniecturum fuisse puto quod manifesto adversatur ipsis
eis Eusebii litteris, a quibus quod de codicibus ad Constan-
tinum missis scimus totum pendet. Tum pergit: „Imperocchè
il costume che accenna Eusebio, parlando degli amanuensi di
Alessandria, cioè che essi componevano i codici in terni ed
in quaderni, fu universalmente conservato dagli amanuensi dei

¹ Ex mendacio est quod scribit La Civiltà cattolica: Udiamo ora il Tischendorf. Egli chiama questa opinione una vanità Romana, *vanitatem Romanam*. Nec pudet scriptorem hunc, quo certius fucum lectoribus suis faciat, ipsas voces Latinas fingere.

² αὐτίκα δ' ἔργον ἐπηκόλουθει τῷ λόγῳ, ἐν πολυτελῶς ἡσχημένοιστ τεύχεσι τρισσά καὶ τετρασσά διαπεμψάντων ἡμᾶν. Vide Euseb. Vit. Const. 4, 37.

³ Postquam idem scriptor mendax meam vitiorum Maii notationem impudenter adscripsit Vercellonio, cui quum permissem aliquot emendationum mearum exempla proferre, placuit ea permissione ita abuti ut ederet longe plurimas — cf. Append. p. VIII. sq. — nec cunctabatur, opinor, ad Romanos transferre quicquid ego de codice Vaticano docui.

secoli seguenti. Se ciò non fosse, se invece si sapesse che altri amanuensi o dello stesso secolo di Costantino o di altri secoli usarono di comporre i codici in quinterni, non si direbbe che il Codice Vaticano è singolare, perchè è composto di quinterni.“ Haec neque vera sunt neque huc quadrant. Nec enim quicquam ab Eusebio de amanuensibus Alexandrinis scriptum est aut de more eorum ex quo per terniones et quaterniones illi scribebant. Sed illud unum dixit, se imperatori misisse τρισσὰ καὶ τετρασσὰ. Quod nisi quis ex scriptoribus diurnorum Romanorum ita detorqueat ut doceat, τρισσὰ καὶ τετρασσὰ ex mente Eusebii etiam quiniones complecti, clarissimum est codicem Vaticanum, quum quinionibus constet, ex numero illorum quinquaginta codicum non fuisse. Sed rem tam simplicem contorta et inepta disputatione perturbare quam intellegere mavult. Pergit enim: „Or questa sola avvertenza ci sembra che basti a fare intendere come il discorso del ch. alemanno conchiuda troppo, e quindi non conchiuda nulla. Egli argomenta a questo modo: Gli amanuensi di Alessandria nel secolo di Costantino solevano comporre i codici in terni e in quaderni. Dunque esso non fu scritto da quegli amanuensi, nè in quel secolo di Costantino. Al che noi possiamo replicare in una simile maniera: Anche nel secolo V. gli amanuensi di Alessandria e delle altre parti della terra usarono di comporre i codici in terni e in quaderni. Dunque il Codice Vaticano, per quella sua singolarità — non fu nè anche scritto nel secolo V. E così discendendo da secolo in secolo e da amanuensi in amanuensi, si proverebbe che il nostro Codice per questa sua singolarità di essere scritto in quinterni, ha l'altra singolarità di non essere stato scritto in nessun secolo e da nessuno amanuense.“ Haec omnia futili ac puerili meditatione facta sunt, nec enim quicquam dixi unde pendent. Possunt enim multi codices eodem quarto saeculo scripti esse neque tamen ab Eusebio missi sunt ad Constantinum. Est autem tota disputatio eo ineptior, quia argumentis haud levibus docui Novum Testamentum Vaticanum ab uno eorum videri exaratum qui partem haberent in scribendo Sinaitico codice. Nisi per inscitiam miscuit scriptor quae dicta sunt et quae non sunt, miscuisse per perfidiam censendus est. Sed etiam quae Vercellonius de eadem re scripsit, turbat ita ut videatur ille in aetate codicis probanda versatus esse. At

profectus ab aetate, quam indubitatam ponit, Vercellonius nihil aliud probare vult nisi hoc, Vaticanicum codicem ex ipsis quinquaginta Constantini exemplaribus fuisse, cui opinioni quod opponi possit non facile posse inveniri.¹ Ceterum ipsa ea quae Vercellonius ad confirmandam coniecturam suam scripsit, vehementer vacillant. Ita codicem Vaticanicum scriptum esse vult ad usum ecclesiasticum, quum in margine habeat potas lectionis caussa additas, ut ῥηχη, τέλος, alia. At ex his notis prorsus nihil ad antiquissimam scripturam pertinet, sed demum multis saeculis post eae paucae quae occurunt in latiae sunt. Alia quae non recte vidit mittimus.

Diurnorum autem scriptor ab infelici disputatione sua de argumento quinionum ad aliam pergit infelicem et ipsam. Monui enim Append. pag. XV sq. per errorem in Civiltà cattolica haec scripta esse: „Non vi ha niuna distinzione di parole; fuor solamente quando, compiuta una materia, il discorso passa a nuovi argomenti. In simili casi resta vuoto lo spazio or di una mezza lettera ed ora di una lettera intera“ (p. XVI). At neque hoc intellexit scriptor, sumptoque spiritu ait: Ma, sia detto con sua pace, egli confonde qui una cosa con un’altra. Noi intesi a descrivere il Codice, quale uscì dalla officina di Alessandria, parlammo solo della continuità colla quale il primo ampuense scrisse le parole e dell’ intervallo che lasciò tra esse, colà ove si termina un discorso o una sentenza. Che hanno da fare con questo i punti etc. Additque post alia verba inania: *Codex Vaticanus aperte nullam habet interpunktionem; etiam seriores librarii, ubi pallorem literarum novo atramento reficerent, nonnisi raro ausi sunt illi signum aliquod*

¹ Cf. Vercellone, *Dissertazioni accademiche*, Roma 1864. pag. 128. „Veniamo all’ applicazione. Noi abbiamo il codice greco vaticano della Bibbia scritto certamente circa l’ età di Eusebio, scritto in Alessandria d’ Egitto, scritto con lettere facili a leggersi, e in formato comodo a maneggiarsi, scritto sopra membrane preparate con regale magnificenza, scritto da peritissimo calligrafo; e finalmente scritto ad uso ecclesiastico e liturgico, come ce lo dimostrano le sigle con cui sono distinte le sessioni. (Ciò che notò il Bianchini describendo il cel. cod. cantabr. si può dire anche del vaticano, nel cui margine s’incontrano le voci ῥηχη, τέλος, λέγε, ὠδε, στήχε.) Quale difficoltà adunque che si asserisca anche scritto per ordine del grande Costantino? Certo mentre abbiamo molte ragioni che rendono assai probabile questa conclusione, non si troverà facilmente un solo argomento che ci possa obbligare a rigettarla.“

distinctionis addere. Quae quidem ex Danko, *de Sacr. Script.* hausisse se notat, Danko vero sua hausit ex Hugio;¹ quorum ab utroque pendet diurnorum scriptor, licet simulet ex ipso codice se hausisse. At id ipsum quod Hugius² praeivit de spatiis ab interpunctione vacuis, ab errore profectum esse docui in Prolegg. Novi Testamenti Vaticani pag. XX sq. Ipse enim antiquissimus scriptor modo vacuum spatum reliquit, modo punctum adposuit. Qued etsi acumen scriptoris diurnorum assequuturum sperare non audeo, tamen certissimum est. Pessime vero ille lusus est eis quae hanc in rem scripsi, significans editionem Romanam nuperrimam saepenumero interpunctionem verbis contextis posteriore cura inlatam pro scriptura primae manus habuisse. At quis ab eo ullam eius rei intellegentiam exspectabit, quum ignoret quid commune sit spatiis illis cum interpunctione.

Tamen tanquam re bene gesta transit ad defendendum aliud, id quod in mendacio positum esse dixi. Scripserat enim in dissertatione priore: „Il cav. Marietti, comprati i tipi del Tischendorf, ne avea fusi altri in buon numero, per cagione delle lettere di grandezza e di forma diversa, che s'incontrano nel codice Vaticano.“

Haec quem in finem scripta sint satis appetit. Postquam anno 1866 ita ad me scriptum est ut intellegeretur successum novae editionis singularem in modum situm videri in typis

¹ Cf. *De antiquitate cod. Vat. 1810.* p. 9. „Codex manifeste nullam habuit interpunctionem. Etenim nedum finita orationis serie, ubi illa spatio vacuo notatur, quantum dimidia et quandoque integra litteræ expleret; nedum ibi vestigium alicuius puncti adpareret. Et posteriores librarii qui atramento novo codicem oblitterarunt, nonnisi raro ausi sunt illi signum aliquod distinctionis addere.“ Item paulo ante haec: „Singulae etiam litterae adeo arte et continuo ordine se subsequunt“ etc. „Neque etiam ad separandas a se invicem voces aliquot signum undeque adpositum cernitur, quale in codice Alexandrino, ut rem exemplo illustremus, frequentius recurrat, fineola recurvā superne ad litteram adpicta.“ (Sed eiusmodi fineola hanc raro ab ipso Vaticani scriptore posita est.) In eiusmodi tantum locis ubi narratio integra absolvitur aut — ubi in alia transit oratio, dimidiae et nonnunquam integræ litteræ intercapedo vacua remansit.“

² Viderat Hugius codicem anno 1809 Parisiis, quo Napoleonis mandatu translatus erat. Festea Romana reportatum Hugio pro „septentissima“ illa Romanorum cursus ne videre quidem licuit, ut senex venerabilis a. 1843 mihi narravit. Alioquin eum etiam de interpunctione et vacuis spatiis accurasius visurum fuisse puto.

meis,¹ iam ita scribitur ac si etiam Romae ei rei et facili quidem negotio prospici potuerit. Scilicet ignorant qui ita existimant quantum artificii in typis illis possum sit, quos, iam ab initio duplice alphabeto multisque formis insolentioribus paratis, quum iam sub prelo erat codex Sinaiticus, in dies laborabam ut aptiores redderem exprimendis eis omnibus quae venerabili litterarum monumento illi propria esse viderem, cuiusmodi sunt litterae variis formis praeter morem contractis, correctiones medio in textu factae. Qua de re vide Nov. Test. ex Sin. cod. etc. pag. XV sqq. Possunt autem illa verba quae ex Civiltà cattolica attulimus non aliter intellegi ac si ea formarum varietas, qua excellit Vaticanus codex simili modo atque Sinaiticus, maxime exeuntibus versibus conspicua, in caussa fuisse supplendorum typorum Lipsiensium. Quod quum falsissimum esse scirem nec ignorarem fingendi caussam, mendacium esse dixi, atque addidi: quicquid typorum ad similitudinem antiquae scripturae adhibitum est, a me Romam misum est. His vero quid respondet diurnorum scriptor? Cui mentiri familiare est, is in angustias adduci nequit. Mendacium reparat mendacio. „Ma il vero si è,“ ait, „che il cav. Marietti avea fusi altri tipi in buon numero, siccome noi riferimmo; e bastava per accertarsene percorrere il primo volume della edizione romana. Intanto, acciocchè non resti senza una riposta evidente l'accusa del Tischendorf, riportiamo qui appresso tutti questi nuovi tipi del cav. Marietti.“ Et quos tandem typos apponit? Sunt formae quibus duae vel plures litterae in unum contrahuntur, ut NH, HN, MI, MNH, quas et ipsas Romam misimus. His vero accedunt in libris Veteris Testamenti, quippe quos non idem qui Novum Testamentum scripsit, aliae similes, quas ad normam typorum Lipsiensium Romae suppleverunt. Hoc non idem sed longe aliud esse atque quod diurna Romana habent: „il cav. Marietti, comprati i tipi del Tischendorf, ne avea fusi altri in buon numero, per cagione delle lettere di grandezza e di forma diversa,“ quemvis intellecturum puto re paullo accuratius exa-

¹ Hos typos, quorum 700 pondo libras in usum Romanum fundendas curavi, sumptibus cl. typographi Romani fusas esse per se intellegitur. Meam quidem ipsius operam ad edendum codicem Pio Nono ita obtuleram ut editurum me profiterer „senza altro vantaggio che quello, di servire la buona causa di Dio, di Cristo.“

minata. Praeterea de Novo agebatur Testamento, quod tum solum prodierat.¹ De hoc igitur et ipse scripsi: „Quicquid typorum — adhibitum est.“ In hoc autem Testamento per omnes qui supersunt libros formae eiusmodi contractae rarissime adhibitae sunt; earum vero formarum quas, quum ad Vetus Testamentum perventum esset, Romae suppleverunt, prorsus nulla habetur. Quod quidem nec ipse scriptor Romanus nescire videtur. Quare ut veri speciem conservaret sibi ac tamen mendacium sustineret, addidit: „bastava per accertarsene percorrere il primo volume della edizione romana.“ Primum enim volumen prima Veteris Testamenti pars nuncupatur. Inchoata vero editio est ab eo quod Novum Testamentum complectitur sed quintum dicitur. Quae res quum nemini facile lectorum in promtu esset nisi utroque volumine ad manum posito, ea verba quibus diurna Romana usa sunt, ad fallendos lectores maxime idonea erant.

Huc profecto nihil magis quam illud Ciceronis quadrat: Quicquid attigeris, ulcus est. Et quadrat etiam in ea quae commentarioli auctor eoque duce atque antesignano diurnorum scriptor contra censuram quam de nuperrima editione Romana feci in medium protulere. Quum Antonello viro eminentissimo m. Mart. a. 1866 significassem, me non defuturum esse novae editioni codicis Vaticani auctoritate Summi Pontificis instituenda (cf. Append. pag. VIII.) promissis stetisse mihi videbar quum exemplari editionis Maiana, in quo tot lectiones difficiliores quas nemo ante me explicuerat notatae sunt, in manus Vercellonii tradito, tum praestita typorum Sinaiticorum cura, quos cl. typographus Romanus enixe desideraverat. Quum igitur benevole Roma ad me missum esset, a quo edendi initium fecerunt, Novum Testamentum, quod ut quam maxime emendatum prodiret pro viribus ipse prospexeram, meum esse iudicavi ut paullo curiosius inquirerem et quam convenienter typi adhibiti et quam accurate verba Graeca ex venerabili codice hausta essent. Nec poteram non gaudere quod novum opus satis successisse videbam. Inveni equidem etiam quae minus recte se haberent, tamen non eiusmodi erant ut nova editio non immensum quantum superaret veterem Maii nomine insignitam. In mea ipsius editione Lipsiensi iam an-

¹ Exente anno 1866 miseram typos; mense Iunio a. 1868 prodibat Novum Testamentum, quod quintum totius editionis volumen efficit.

tequam ad studium Romanae accessissem nonnihil haud recte exscriptum videram. Quod ut religiose indicare constitui, ita Romanam editionem diligenter adhibendam duxi, quo perfectiorem redderem Lipsiensem.

Quo in negotio dum versabar, allatus est is diurnorum Romanorum quae La Civiltà cattolica inscribuntur fasciculus, in quo ita de editione Romana relatum est, ut mea circa eam studia pro nihilo haberentur, adeoque in Vercellonii acumen conferrentur quae ille non debebat nisi meo labore meaeque benevolentiae, qua prae gaudio ac propter rei gravitatem statim quum Roma discessisset abusus erat, ipsa vero editio tantum non omnibus numeris absoluta crederetur. Utrumque mirabar: etsi enim per hos triginta quos in promovendas litteras impendi annos satis expertus sum, grati homines in ipsis litteris quam rari sint, tamen non credideram operam meam atque curam, quam ipse Papa litteris honorificis agnoverat, Romanis tam molestam fore; editionem vero quamvis laudabilem passim ad maiorem perfectionis gradum accedere potuisse probe sciebam. Quae quum ita se haberent, in Appendice Novi Testamenti Vaticani de utraque re deque eis quae cum eodem argumento cohaerent paullo uberioris dicere constitui.

Prodiit is libellus ineunte hoc ipso anno. In quo quae scripta sunt pleraque quam inique Romae excepta sint, iam expositum est. Quae vero de ipsa editione Romana disseruit variis modis impugnarunt. In omni autem impugnandi varietate idem eminet caecus ardor, eadem temeraria libido, qua miscentur diversa et quae non intellecta sunt accusantur, eadem insolentia ac stulta arrogantia.

Auctor comm. in me invehitur quod dixi, eorum quae corrienda censebam diligenter rationem in commentariis habendam esse. Commentarios respondet iam promissos esse, ipsosque editores in programmata providisse „ne quis eruditulus inspecto tantum volumine occasionem calumniandi libri arriperet aliisque fucum facere contenderet“. At si quid mihi aliter in ipsis verbis contextis videtur edendum frisse ac Romae editum est, de hac re non exspectandi sunt commentarii, sed res per se stat. Si enim editores rem melius nossent, aliter edidissent. Ita 54, 1, 16 *xcovov* primae manus est. Corrector substituit *xcvov*, quod ita fecit ut altera parte litterae v erasa i restitueret. Editum vero est in editione Romana *xcvov*, tanta exiguo spatio

post et relicto ut non ne potuerit quidem locum habere. An de hac re exspectandus erat commentarius? Si perspexissent editores naturam loci, nonne certe litteram et eo cum spatio edere debebant, quod antea non littera occupaverat? Item 134, 1, 32 ημελλεν et 3, 42 εκρανγαζον ediderunt, at ipsa prima manus εμελλεν et εκρανγασαν scripsit. Item 145, 1, 31 εκεινου ediderunt, quod demum a correctore pro εκεινη substitutum est. Nonne clarum est illos his locis primam manum aut non assequutos esse aut perperam neglexisse? Mihi vero aequa certa est ac Matth. 5, 27. 31. 33. 38. 43., quibus locis, postquam Maius et Vercellonius ερρηψη ediderunt nec ullus conlatorum priorum aliud suspicatus est, ερρεψη primae manus esse docui: id quod fideliter mecum ediderunt Romani, quamvis uno et altero loco erasa et littera vix cerni queat. At vero commentarioli auctori sic videtur, editores Romanos „quae Tischendorfius male legerat vel exscripserat nequivisse in editionem transferre“. Multusque est in neganda schedarum mearum auctoritate, quas festinanter evoluto codice confecerim nec denuo ad ipsum codicem exigere potuerim. Certissima est laboris mei festinatio, cui invidia Romana tam sollerter prospexit. Nec profecto mirum esset si, etsi plurimos locos impeditae lectionis recte me explicuisse ipsi Romani editores testantur, aliquoties errassem. Sed vehementer diffidere me emendationi Romanae ingenue confiteor. Cuius quidem emendationis luculentissimum exemplum ipse Vercellonius edidit. Qua de re cf. praefationem alterius editionis Maiana p. V. ubi haec ille scripsit: „Antequam manum de tabula amoveamus, e re fore videtur, si, ipso codice vaticano inspecto, duos injectos scrupulos eximamus. Cl. Tischendorfius in nuperrima sua editione ... scribit Maium ad Act. 27, 14 codici vaticano tribuisse a prim. m. ευραχλυδων, nos vero ευραχυδων; atque subiungit: „utrumque, ut videtur, male.“ At quidquid videri possit, certum nobis exploratumque est vaticanum codicem primo habuisse ευραχυδων, prout expressum fuit tum in tabella qua Maius birchianas lectiones notavit, tum in altera qua nos errata corrigenda recensuimus“. Haec, opinor, confidenter dicta sunt. Nonne? Evidem minime ad examen codicis redire poteram, nec videram eum nisi anno 1843 intra paucas horas. Nihilominus in N. T. ex Sin. cod. a. 1866 p. LXXXVII respondi: „At pace viri plarimum reverendi equidem non

possum quin affirmem nihil aliud nisi ευραχυλων prima manu scriptum esse: lineola enim qua ex Δ factum est Δ correctoris est, non primae manus, id quod diligentissimo loci examine instituto pro certo habeo. Sunt haec eiusmodi quae exercitatisse oculos acutissimosque postulent.“ Anno insequenti praesens Romae Vercellonium ad ipsius scripturae examen revocavi, nec iam amplius dubitavit quin erraverit. Quid inde discet criticus Romanus? An vero principalis ille novae editionis auctor non dudum iam ipsum codicem ante oculos habuerat et cum editis Maianis ab initio usque ad finem contulerat, et tamen tot locis difficilioribus a me demum explicatis falsam Maii lectionem confirmaverat? Quo tandem iure mihi, qui tantae miseriae libenter ac liberaliter succurri, nunc opponitur tam arroganter Romanorum oculorum acies atque auctoritas? Possum falli pariter ac Romani, quotquot Tiberim accolunt. Sed postquam exhausta infelici opera Angeli Maii enucleando codici Vaticano tantopere profui, quod nemo negabit nisi quem nec ingratum nec mendacem esse pudet, iactationi et insolentiae Romanae erga me locus esse non poterit.

Porro scribit auctor commentarioli p. 27: „quin aliquid superaddam de aperta contradictione, qua ex sua lipsiensi editione excutit romanam, ac ex romana ita fide minorata, in minimis reprehensa perget in emendationem suae editionis non tantum in minimis sed graviter erratae. Non ego, sed logica expostulat ut ordo restituatur quem diximus“ etc. Ecce acumen philosophi. Ratiocinatur sic, quum non omnia scite ac recte in ed. Rom. nuperrima exscripta putem, sequi nihil inde hauriendum esse ad emendandam meam. Prodit editio Lipsiensis e schedis meis propter invidiam Romanam revera ut constat festinatis. Sed festinatio illa me non impedivit quominus locos implicatae lectionis ad unum omnes explicarem: quo labore ipse principalis editor Romanus tantopere delectatus est ut non exspectaret dum in novam editionem converteret, licet ad eum usum a me accepisset, sed statim quum Roma discessisset non sine vituperabili intemperantia in lucem proferret. Tamen invidiosa illa laboris interpellatio me impedivit quominus omnem Novi Testamenti scripturam legerem, nedum re-legerem; etenim ne legendis quidem singulis verbis illud temporis quod mihi concessum est sufficiebat; sed praeter locos dubios in exemplari meo notatos scriptura ita percurrenda erat

ut vitiosum quicquam invenire vix possem nisi loci alicuius natura oculum retineret transeuntem. Atque hinc est quod ex eis, quae natura sua dubitationem nullam habent sed cuivis attente legenti plana sunt, inventa sunt quae editionem meam corrigerent, ut supra indicatum est. Putaram quidem, quum instituebam editionem, locis plus quingentis editionis Maianae feliciter a me correctis reliqua, quae nulla singulari difficultate premi certum erat, recte a Maio prolata esse. Sed ne haec quidem fiducia, quamvis modesta, quamvis exigua, eventu comprobata est.

Quid vero affertur ex emendatione mea nuperrimi operis Romani? Hac in re quam callide processerit, facile apparebit. Primum exscribuntur quae artem typographicam in libro conspicuum spectant. Quam postquam laudavi, nonnihil esse quod excipiatur addidi. In his est quod litterae passim laesa forma prelo exierunt, quemadmodum pro T saepe J editum est (ut 79, 1. 88, 3. 91, 3. 92, 1. 92, 3. 130, 1. 131, 3. 152, 2. 157, 1. 192, 1. 202, 1. 209, 3. 223, 3. 260, 1.), Φ pro Θ (ut 35, 1. 84, 1. 86, 1. 92, 3. 94, 1. 97, 1. 101, 1. 106, 1. 155, 3. 218, 2. 223, 1.). Item quod lineola finalis in $\tau\sigma$ $\tau\omega$ etc. saepe excidit. At haec pro odiosis ac pro minimis habet scriptor. „Huic exordio,“ inquit, „quo animus passione motus in exquirendis censoriarum titulis iam patet evidenter respondent singulae, quae in Appendice illa sequuntur romanae editionis reprehensiones.“ Sequitur disputatio de difficultate legendi locos variis manibus correctos: quam plurimis ac luculentissimis exemplis Maii editionem testatam esse satis probavit, opinor, index meus vitiorum eius. Quae vero a me de apostrophi signo, punctis diacriticis, interpunctione dicta sunt, fortiter exploduntur. De his enim rebus a me in tanta laboris festinatione diligenter visum esse cui credibile videbitur? „Fidem,“ inquit, „quam denegat romanis editoribus continuo studio ac scientia praeditis, codicem diligenter observantibus, arrogat sibi oscitanter eundem codicem examinanti, mirum in modum erranti.“ Vide licet me mirum in modum errantem in codicis examine somniant vel potius simulat; quo vero saepius repetit mendacium, eo plus fidei nacturum esse sperat. Sed de interpunctione disputat, qua in exprimenda editores Romani saepe tertiam manum cum prima mibi confudisse, alibi ipsam primam manum ignorasse

visi sunt. Ad haec quid ille? „explicabunt editionis romanae commentarii.“ Exposui quidem in Prolegg. Ni. Ti. Vaticani pag. XIX sqq. singulare me ad investigandam interpunctionem studium contulisse, quum ea res magnam in primis dubitationem haberet necdum a quoquam praeter Hugium examinata esset. At quid „salebrosae“ illae observationes, quae ne transiere quidem in exemplar Romanis traditum, ad tam turbulentum gloriae Romanae propugnatorem? Cui bono esse poterant editoribus Romanis? Mavult in schedas invehi, „quae miro modo exaratae a romanis editoribus possidentur ac indicatae sunt ad codicis normam absque timore calumniarum.“ Quemnam, quaeso, mirum modum dicit? Quid indicarunt illi absque timore calumniarum? Postquam per totum Novum Testamentum ex schedis meis veram locorum impeditorum lectio nem hauserunt, locis vero paucis id quod notavi atque etiam teneo, in dubium vocant, ut videtur certe, iam iste de calumniis loquitur? Adeone omnem pudorem exuit?

Sed pergit de vitiis ed. Rom. referre, ubi me iudice non ipsius primae manus scriptura exhibita est, sed quod eius loco manus emendatrix substituit. Affert p. 31 illud de quo iam vidi mus, κοντρα παρεπηγεν. Mt. 13, 24 a me dicta sunt. Tum exscribit locum Appendicis p. XIII: „quemadmodum acumen eorum qui antiquas scripturas tractant nulla re magis cernitur quam explanandis eis locis qui studia correctorum subierunt... ita ars edendi codicis eisdem locis recte edendis maxime probatur.“ Haec pro ea qua est mentis imbecillitate nullo modo intellexit. Addit enim: „Iamvero Tischendorfus neverat se hanc singularem artem docuisse clarissimum Vercellonium et quod nee Maius nee alias unquam intellexerunt, editori romano explicuisse, et explanationem suam illarum difficultatum in ἀπηράφῳ notatam in manus principalis editoris tradidisse. Quare modo miratur in aliquibus tantum locis has explanations secutos esse romanes editores, in aliis vero minime suis schedis obtemperasse. Ideo concludit: *Persaepe vero expectatio fallitur. Peccatum autem est varie*“ etc. At ars illa singularis, de qua quod dixi repetit, in schedis meis doceri nequibat, nec illi explanations meas correxerunt aut desertuerunt; sed verbis quae laudat dictum est non satis didicisse illos typorum meorum artificio uti, nec satis observasse legem ad

quam lectiones duplices exprimendae essent, denique sine idonea caussa sibi ipsis non constitisse. Quibus de rebus cum homine qui tam parum sapit expostulare nolo, praesertim quum luculenter singula iam in Appendice exposita sint, exemplis idoneis adscriptis. Dicit me ipsum simili inconstantia in edendo codice Sinaitico usum esse, nec tamen ullo modo perspexit quas leges ea in re sequutus sim, et comparat quae non quadrant. Audet vero etiam fidem editionis meae codicis Sinaitici in suspicionem adducere. „Sciat,“ inquit, „ipse potiori omnino ratione eruditos posse de sua editione codicis Sinaitici iudicare. Etenim, quin dicam de correctionibus, quas ipse Tischendorfius suaे editioni faciendas exponit in Prolegg. alterius editionis Ni. Ti. Sin. a. 1865. vulgatae, ibi fatetur doctissimum Anglum Tregellesium ac post eum cl. Scrivener nonnulla reprehendenda censuisse in sua maiori ed. utpote non recte notata. Idque fecerunt non ex incuriosa codicis inspectione, sed ex accurata comparatione. Verum quidem est Tischendorfium haec apodictica responsione uti pag. XXXXVIII: *Non miror quod Treg., cui aliquoties locum inspiciendi copiam feci, ipsis oculis quid rei esset non perspexit.*“ Haec omnia perfidia et mendaciis plena sunt. Quae enim ipse in Prolegg. Ni. Ti. ex Sin. cod. a. 1865 correxi, non ipsum codicem tribus voluminibus editum spectant — praeterquam quod indicavi ex schedis meis disci Lue. 5, 3 πρωτησ, non εφωτησ in codice scriptum esse — sed commentarium quindecim millia notarum completentem, in quem non omnia accurate ex schedis meis translata erant. Quae vero de Tregellesio et Scrivenero affert, eis pessime abutitur. Seribit: „Idque fecerunt non ex incuriosa codicia inspectione, sed ex accurata comparatione.“ At scit, — scriptum enim est eodem loco quo abutitur — Scrivenerum ne vidiisse quidem codicem, sed errasse circa duarum litterarum formas paullo insolentiores tabulis meis expressas. His ex tabulis concluserat pro ειδος esse ειδος et ουδε pro ουδε scriptum. Quae illum male vidiisse ut uberioris docui, ita in tabulis editioni Caesareae additis cuivis ante oculos positum est. Tregellesius vero, cui intra dies aliquot percensendi codicis copiam feci, quam misere omnibus quos aliter legit locis erraverit non tantum luculenter docui in N. T. ex Sin. cod. p. XXXXVII, singulis diligenter expositis, sed etiam rursus in Prolegg. Ni. Ti. Vaticani pag. L. perscripsi quam mala fide ea in re

usus sit, quuin ipse in commentario critico editionis suaे Novi Testamenti quattuor locis ne ausus quidem sit repetere quae ante ad corrigendum me protulerat. Sed commentarioli auctor, quem pudendum nihil pudet, asserit hac me apodictica responsione uti: *Non miror quod etc.*, vide ante. At tacet haec non in lectiones Tregellesii dicta esse, sed de mira eius opinione, ex qua ultimum evangelii Iohannei versum, quem variis formis et ipso colore aliam manum prodere significavi, propterea atramento differre posuit quod scriptor antequam adderet calatum intinxerit. Qua de re eo loco uberior explicui, unde Romanus criticus „apodicticam responcionem“ finxit, excusavi vero simul Tregellesium transeundo Lipsiae codicem videntem, eo quod ipse perlustrando codice non statim quid rei esset perspexeram. Quod rursus ille inepte contra me vertit.¹

Faciunda hoc loco mentio iniuriae, quam Romani teste auctore commentarioli p. 8. eo subisse sibi videntur quod Sinaitico codici inter instrumenta rei Novi Testamenti criticae locum primum, Vaticano secundum deferendum censui. Quod iudicium l. l. a „vanitate Tischendorfii“ derivatur, allatis his ex Append. p. XV. verbis: *Cui quidem (i. e. Vaticano) ipse etsi post inventum Sinaiticum non amplius inter codices Ni. Ti. primae deferri possunt, nisi quis vanitatem Romanam aut veterem famam quam argumenta luculenta sequi malit . . . tamen secundum ac proximum a Sinaitico locum quin obtineat dubitari nequit.* Quibus puerilem in modum subiungit: „Ipse tamen Tisch. videtur obsequi huiusmodi romanae vanitati in nuperima sua Collat. Cod. Sin. 1869. p. VI. Ait enim: *Quum, ut nuperum nos Romae examen docuit, unus ex quattuor Sinaitici thesauri scriptoribus . . . Nov. Test. Vaticanum scripsisse censendus sit, sequitur, si quid ad antiquissimam originem probandam Sinaiticus plus Vaticano habet, id in gratiam etiam Vaticani vertendum esse.* Non igitur capere potest mens eius, qui fieri possit ut Vaticanus in re Ni. Ti. critica proximum a Sinaitico locum occupare et tamen Nov. Test. Vaticanum ab uno quattuor scriptorum Sinaitici scriptum esse dicatur.

¹ Ceterum auctori commentarioli, ut refert p. 8, „ad rem scribere per humaniter dignatus est vir illustris in bibliis studiis apud omnes celebratus Tregelles“, cuius litterae „eruditis omnibus gratae“, in meum scilicet honorem scriptae, Anglice et Latine eodem loco adponuntur.

Legerat quidem quae verbis *sequi malit* addita sunt: „magna enim librorum apostolicorum parte caret, nec per se solus eadem cum Sinaitico aetatis perspicuitate utitur, nec denique eadem antiquissimorum testium Latinorum consensione valet:“ at haec nisi calliditate sua expulisset, poteratne apud doctos lectores suos de iniuria eius facti clamare? Expulsis vero istis, securus de facilitate fallendi, qua in re totus versatur, pergit: „De his iudiciis et aliis multis iniuriosis, quae opella tanto viro indigna adversus personas habet, ut temperamento parcam non loquar.“ Quas „iniurias adversus personas“ innuat, me prorsus fugere fateor, nisi quod lucis aliquid inde affulget quod maximam iniuriam Vaticanus codex laude Sinaitici patitur. At quidni ad lenientiam vanitatem meam adscripsit quae eodem Appendicis loco leguntur: „Si quis primas Sinaitico deferentem errasse me recte ac luculenter docuerit, non repugnabo. Veritas enim non libidine aut opinionibus, sed argumentis ac re nititur.“ Omnino exspectarem ab ipso commentarioli auctore argumenta ista luculenta, nisi DOMINI vox me terreret: μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὰς η̄ ἀπὸ τριβόλων σῦκα.

Sed redeundum est ad eam disputationem quae erat de vitiis ed. Rom. a me detectis deque Tregellesii auxilio ad viverandum codicis Sinaitici editorem. Discedit autem a re miseric fallaciis expedita verbis his: „Igitur cum illae Tischendorfii censurae tam luculenter demonstrentur quovis fundamento destitutae, nulla ulteriori indigeremus responsione.“ Nihilominus et perfidiam et ignorantiam suam testari pergit. Perfidiam enim eis testatur quae silentio transit. Dum enim censuram meam „quovis fundamento destitutam“ declarat „inque minimis deprehensam“ facit editionem Romanam, praeterit, postquam similia in libris meis maximi fecit,¹ ea omnia quae in splendido opere Romano vitiouse exscripta notavi. Quae etsi non criminis loco esse putavi, tamen splendori operis parum convenire monui. Sunt autem eiusmodi vitia quae liber Romanus intacta praesentat, alia rursus in meo certe exem-

¹ Etiam apocalypsis, quam in Appendice ex cod. Basiliiano Vaticano edidi, aliquoties typorum iniuriam passa est. 9, 16 τον pro των, 15, 1 το pro του prelo exiit, 17, 9 excidit επτα ante ορη. 4, 7 irrexit punctum ante λεοντη, 19, 9 punctum post λεγει μοι excidit. Haec me schedae meae docent. Quae de eadem editione Romae scripserunt nondum vidi.

plari manu nec tamen admodum sollerter correcta sunt. Ita pag. 173 in voce *αδελφος* λ super erasum ν repositum est; pag. 196 exscriperunt απολλυμεμου altero μ in ν mutato, etsi correctio nondum absoluta est. Item pag. 203 χ in χν in littera rescriptum est; pag. 250 ex ημη restitutum ημιν. Pag. 225 ζ in ονειδιζοντων eraso δ substitutum; item pag. 236 ξ in εξονταν super rasuram repositum. Pag. 244 λ prius in πολλων radendo ex δ effectum. Item super rasuram sunt rescripta pag. 275 ζ in εργαζεσθαι et pag. 284 χ in ειχε. Pag. 250 i medium in θερισι demum posterioribus curis parum eleganter inlatum. Intacta manserunt παατειαισ pro πλαατειαισ, μετλ pro μετα, δυνλμει pro δυναμει. Pag. 52 in ιχνιασ prorsus excidit ι, item p. 127 in πορευεσθαι. Praetereo alia. Sed non mittenda sunt quae non ab incuria sed ab errore ipsorum editorum pendere significavi. Ex his auctor commentarioli affert duo, εξαιφνησ et ειλικρινειασ. Sed ante de aliis quattuor videamus, quae ne commemorat quidem. 111, 2, 38. Luc. 22, 65 βλασφημουντεσ ediderunt pro σλασφημουντεσ, quod primae manus est. Mene errasse demonstrabunt? Ioh. 11, 51 ediderunt ημελλεν, at ita demum tertia manu pro εμελλεν repositum est. Ioh. 12, 13 εκραγαζον ediderunt, quod demum corrector pro εκραγασσαν substituit. Ioh. 19, 31 ediderunt εκεινου, sed debebant scripturam primae manus εκεινη dare. His locis, ut alios praeteream,¹ me errasse eodem iure probabitur, quo annis 1858 et 1859 probavit Vercellonius pro ευρακυδων, quod persuasissimum habebat, a. 1843 male me legisse ευρακυλων. Qua de re semet ipsum errasse non prius intellexit quam a. 1866 locum ei coram ante oculos adducerem. Cf. supra p. 43. Ac mirum in modum accidit quod ipse Vercellonius et εμελλεν Ioh. 11, 51 et εκεινη Ioh. 19, 31 in dissertatione, quam *Ulteriori studi* inscripsit et gloriae Romanae defensores diserte in laude eius posuerunt,² inter emendationes operis Maiani recepit. Unde nisi concludas insigni negligentia ημελλεν et εκεινου in editionem nuper-

¹ Quod ex pag. 278 Hebr. 1, 14 attuli, λειτουργικα, in exemplari meo conlato cum codice nihil notarum a me accepit. Adnotavit vero Maius: „ita λειτ. 1. m.“ Quod quum non reprobaverim, pro certo habeo, nisi editores Romani id ipsum affirmabunt, non λειτ sed λει scriptum esse. Nec magis ad μετα αλληλων 124, 28 in exemplari meo quiequam adnotavi. Cf. Append. p. XII.

² Cf. supra pp. 9 et 36. not. 3 et p. 44.

rinam inrepsisse, statuendum est Vercellonium emendationes meas transtulisse in libellum suum, quamvis ipse singulos codicis locos ne inspexisset quidem.

Idem vero, quod de duobus illis locis diximus, in Act. 9, 3 quadrat, ubi εξαιφνησ a correctore pro εξεφνησ primae manus repositum esse in *Ulteriori studi* etiam Vercellonius asseruit. Quam in rem auctor commentarioli pag. 34, postquam

verba mea ex App. p. XI. („ΕΞΑΙΦΝΗΣ ΦΝΗΣ“ editum est. Quod si consulto fecerunt, error est. Certum enim, prima manu datum εξεφνησ, ut plerumque Sinaiticus codex, posteaque αι pro ε substitutum esse“) retulit, haec scribit: „At dum unum „reprehenderé contendit errorem, is triplici titulo hallucinatur. „Etenim ex codicis examine nulla potuit inveniri membranae „rasura, ideoque in raritate illa scripturae nulla potuit existere „primae manus littera; et Ε additur codici tantum a Tischen- „dorffii imaginatione aut a suis schedulis. 2. Praeterea raritas „illa scripturae tantummodo ex naturali membranae vitio orta „est, quare primus amanuensis coactus fuit diphthongum αι „scribere supra lineam; ergo in voce illa nulla habetur secunda „manus. 3. Tandem codex Vaticanus et cum codice romana „editio repreäsentat diphthongum illam αι characteribus minutio- „ribus quam Tisch. in suo exemplo referat, atque exacte habet „ΕΞΑΙΦΝΗΣ, minime vero ΕΞΑΙΦΝΗΣ.“ Quartum hallucinandi titulum oblitus est, quem ad modum eorum quae subsequuntur (vide „nr. 5“) suppleo: „Tribuit Tisch. tertiae manui codicem instauranti litteras αι, quae, quum nullatenus instauratae appareant, nequeunt non scribi ab aliqua anteriori i. e. ipsa prima manu.“ Mihi vero videtur daemon nescio quis Romanos hac in re elusisse atque extraxisse. Medio enim verbo εξαιφνησ vitium membranae est: eundem id ambitum, nec plus nec minus, habet atque ε littera requirit, qua ipsa in codice Sinaitico ea vox eodem Actorum loco scripta est. Librarius, quod facere consuevit, ut membranae locum vitio laborantem transgrederetur posteaque scripturam pergeret, hoc solo loco non facit, sed adsumpta correctoris persona supra lineam pergit, neque, ut quispiam crediderit, unam tantum litteram tam insolito loco ponere satis habet, sed ipsum αι eo loco ponit, quod respondere videtur litterae ε spatio vacuo

prima manu exaratae. Accedit quod teste auctore comm. librarius minutis tantum formis hac occasione utitur. Quod etsi mediis verbis contextis minime solet facere, tamen hoc solo loco, quo a se impetrare nequibat ut more suo membranae vitium transgredetur, ad modum correctoris facit.¹ Denique, quibus ad quartum hallucinationis titulum respiciimus, at litterae quamquam minuta forma utuntur, non instauratae sunt et tamen egregie conservatae sunt. His expositis arma cum daemone lusorio conferre nolo; a sententia mea etsi discedere nequeo, quum videre malim quam ludi, tamen si quis cum illo conspirare mavult ducem tam luculentum nactus, haud impedio.

Restat ultimum quod afferit vitium auctor comm. Ipse scripsi: „244, 29 (3, 9) editum est ειλιχρινειας suprascripto ν inter ν et ει. At prima manus ειλιχρεγειας, altera ειλιχρινειας, tertia ειλιχριννειας.“ Item in No. To. Vat. Lips. 2 Cor. 2, 17: „ειλιχρεγειας: B² (ut videtur) ειλιχρινειας, B³ ειλιχριννειας.“ Quibus haec opponuntur p. 35: „At modo nimia cum fiducia „ad reprehensionem romanorum editorum omnes manus di- „stinguit; verum in unius erroris correctione sex errores ma- „nifestat suos. Et 1. dicit primam manum scripsisse ΕΓΕΙ; „iamvero in membranis vaticani nullum vestigium litterae Γ „repertum fuit; sed tantummodo ΕΙΕΙ. 2. Omittit observare „antiquam manum ab eo dictam secundam superposuisse ν. 3. „Nihil dicit de littera ε, quae in altera diphthongo ΕΙ super- „addito puncto voluit expelli. 4. Neque aliquid dicit de hac „diphthongo ΕΙ erasa et de litteris ΙΝ suffectis. 5. Tribuit „tertiae manui codicem instauranti litteram ν superpositam, „quae, quum nullatenus instaurata appareat, nequit non scribi „ab aliqua anteriori manu. 6. Tandem tribuit secundae manui „lectionem ΠΙΝΕΙ, dum eiusmodi manui potuit tantum esse „lectio ΡΕΙΕΙ vel altera ΡΈΙΕΙ. Ab ungue nosce leonem.“

¹ Ceterum h. l. notandum est, typos Sinaiticos magnitudinem litterarum Vaticani Novi Testamenti (cf. tabulam No. To. Vat. Lips. additam) paullo i. e. tercia fere vel quarta parte excedere; quapropter tota editio Romana non eo sensu ipsum codicem repraesentare dici potest quo editio mea Petropolitana Sinaiticum codicem repraesentat. Nihilominus rara δχριβεια auctor comm. indicat suprascriptas litteras at minores esse verbis contextis.

Haec non inepta dico, sed stolida, sed stultissima dicenda sunt. Tam enim sunt stulta ut dubites, ab homine sanae mentis potuerintne serio an per ludibrium scribi. Fideliter tamen ex commentariolo ante Italice edito repetita esse a scriptore diurnorum Romanorum,¹ quis mirabitur? Romae igitur εὐλογητας ediderunt. Hoc falsum esse sribentem confirmat auctor commentarioli, qui εὐλογητας repertum esse vult. Hoc quidni ediderunt Romae? Recte fecerunt quod non ediderunt; in codice enim inter χρει et εις multo plus spatii est quam quod expleverit i littera. (Male locus repraesentatus in commentariolo.) An Γ scriptum fuerit, pro loci natura rasuram passi dubitari potest, sed maxima probabilitate praestat. Quae eo augetur quod si ει non εγ fuisset, i non esset erasum, sed ε puncto notare et ν post i supra lineam addere satis fuisset. Altera enim manus εὐλογητας substituit, ut dixi. Hoc ipsum auctor commentarioli confirmat eis quae contra me sibi scripsisse videtur. Si enim, ut asserit, ε puncto notatur rursusque et ε et i erasis ν sufficitur, quid aliud inde fit nisi εὐλογητας? Similiter hallucinatur sub 6. Quibus enim me correcturus sibi videtur, eis me confirmat. Quid enim πεντε cum puncto super ε priore aliud est nisi πεντε? πεντε vero secundae manus esse nequit quum punctum suprapositum a constanti usu eius manus sit eique omnino tribuendum sit. Denique quae numero 5. proponit, suprascriptam ν litteram tribui non posse tertiae manui instauranti codicem, quum nullatenus instaurata appareat, hominem produnt et iudicii expertem et codicis Vaticani ignarissimum. Si enim ν littera instaurata esset tercia manu, non posset ab eadem profecta dici. Propter eam ipsam caussam, quod instaurata non est et tamen clarissima atque atramento cum tercia manu conveniens, ipsi tertiae manui tribuenda est. Sribit autem: „quum nullatenus instaurata appareat, nequit non scribi ab aliqua anteriore manu.“ Tantopere igitur ignorat emendationes eius codicis ut instauratorem, quem plurima addidisse certum est, putet nihil addidisse. Proptereaque, postquam de ipsa altera manu iam dixit, manum aliquam anteriorem tercia excogitat:

¹ In eundem pleraque valent quibus auctorem commentarioli illustravimus sine mentione socii eius dignissimi, qui pleraque cum eo communia habet atque eadem cum stolida arrogantia in medium protulit.

id quod rursus probat, eum ne minimam quidem eius rei intelligentiam habere. Re tam turpiter peracta addit: „Exunque nosce leonem.“

An addam quid mihi videatur? Ab hominibus huiusmodi si Roma cum Civiltà cattolica sua litterarum gloriam repetitura sibi videtur, tum Angelus ille Maius, quamvis in solis Bibliis Vaticanis suis plus millies erraverit, dignus est qui aeternum triumphum agat. Non ignoro nobiliora ingenia hominesque vere eruditos Romae nunquam defuisse nec nunc deesse, neque dubito quin, quos amicos ibi quos fautores colo magnique facio, iniuriosos adversus me libellos dudum damnaverint; tamen indignum mea persona iudicabam tantam petulantiam tacendo ferre aut relinquere. Quum enim omnis arrogantia molesta est, tum illa molestissima quae a manifesta ignorantia simulatione ac fraude proficiscitur. Vanitate fuco fallaciis imprudentes reisque ignaros fallere facile est, ac multo facilius impudenter obtrectare quam quae nescias severo studio discere. Me quod attinet, quicquid Roma bonum rectum gloriosum egit unquam vel actura est, id ex animo gaudeo et litteris etiam atque etiam gratulor. Errores vero Romani caluniae mendacia me nunquam non habebunt inimicum atque infestum.

Dabam Lipsia die 31. m. Octobr. a. 1869.

